Quicquid scivit de9 adhuc scit sed te non esse deus scivit. g° te non esse adhuc scit. et cu nichil scitur nisi veru. ut pz primo posteriorū. sequitur q si scit te non esse. te no esse est veru. et qz etiā te ee est veru. sequitur q simul est veru te esse et te non esse. et sic cotradictoria simul essent vera Secudo sic quicquid deus scivit adhuc ipse scit: sed aliquādo scivit istā nullus homo disputat. et aliqn scivit istam aliquis ho disputat. g° adhuc scit utrāque earu. sed si sic sequitur etiaz q sciat istā aliqs ho no e ho: sz ho est falsum. eo q falsum non scit: probatur ona eo q sequitur in ferison nullus ho disputat aliqs homo disputat. g° aliqs homo non est homo. Tertio sic ponatur casus q hec aliqn fuerit vera .oe albu est asinus. et post ea hec fuit vera homo est albus tunc quicquid deus scivit adhuc ipse scit. sed istā oe albu est asin9 aliqn scivit. et etiā istā homo est albus g° utranqz istarum deus scit. et per ons utranqz istarum scit deus. et per 9s utraqz istarum est vera. Et ultra utraqz istarum est vera. g° homo est asinus. p

baturᶜ consequentia arguendo in dariị. oē albū est asinꝰ aliquis homo est albus ergo aliquis homo est asinus.

Ad sophisma respondetur

ꝙ ipsum est falsū. Circa qd tñ est notandū ꝙ deus aliquādo aliquid sciuit qd mō scit ꝓpter hoc tñ nō est mutatio facta in deo lꝫ bñ mutatio fuerit in rebus aliis a deo qꝛ ꝙ deꝰ aliquid scit qd prius nō sciuit ē propter mutatōeꝫ rei q̃ mō sic se hꝫ ⁊ prius nō sic se habuit.

Ad rationes

Ad primā dico ꝙⁿ seq̇ꝛ aliqua deus sciuit ⁊ nulliꝰ est oblitꝰ eoꝝ q̃ sciuit gᵒ quicq̇d deus sciuit ad huc ipse scit. nō ei seq̇tur. deꝰ sciuit te nō esse ⁊ mō nō scit te non eē gᵒ deus est aliꝗꝰ oblitus. Sed ad hoc ꝙ ꝯña deberet valere oꝫ addere in añᵗᵉ nec res ē mutata. Unde te sedēte ⁊ me vidente scio te sedē ⁊ tñ stati te stāte me vidēte nō scio te sedē. nec eꝙ hoc sequiꝛ ꝙ sū alicuiꝰ oblitꝰ qꝛ res ē mutata etiā scia quā habui de illa deperditꝛ nō ꝑ obliuionē sed ꝑ mutationē scꝫ tm̄ de sedere in stare. Unū obliuisci est nō scire prius scitū nllā mutatōe facta ex parte rei Ad secūdā dē ꝙ scientia dei ē idē cū ipso deo. ⁊ ido scia dei semper manet eadā. sed tñ scia dei nō sēp manet scia eꝰ dē. Unū bñ cōcediꝛ ꝙ scia dei qua sciuit te nō eē semper manꝫ eadē sꝫ tñ nō manet scia eꝰ quod ē te nō eē. eo ꝙ nō semper te non eē manet verū. ⁊ totū illd fit absqꝫ mutatōe dei. Et pōt q̄tū ad hoc poni eꝙᵐ satꝭ familiare Nā ponaꝛ ꝙ sol stet continue in eod situ ⁊ nō muteꝛ localiter ⁊ vnuꝫ dyaphanū ponaꝛ contra solem nꝰ opaco interposito inter ipsū ⁊ solē: certū est ꝙ tūc dyaphanū illud illūiabiꝛ a sole. ⁊ si postmo dū ponaꝛ aliqd opacū inter illd ⁊ solē impediens illuminatōnē illius dyaphani a sole: certū ē ꝙ nō illumiabitur a sole. ⁊ᶜ sol qñ qꝫ illuminat illud dyaphanū et qñqꝫ nō absqꝫ mutatōe solis: sꝫ per mutatōem dyaphani ⁊ corporis opaci. Ita ymaginādū est ī proposito de deo ꝙ ipse manēs immutabilis aliqñ est scientia aliꝗꝰ ⁊ aliqñ nō Tercia rō consimiliter pōt solui. Ad quartā dico ꝙ immo eꝰ contradictoria est vera. ⁊ qñ dē gᵒ deꝰ aliqñ se habuit aliter q̄ mō se hꝫ negatur ꝯña. q̇a sufficit ꝙ alie res a deo aliqñ se aliter habuerūt q̄ mō se hñt. ⁊ aliqñ nō sic se habuerunt sicut mō se hñt. ad hoc ꝙ hec sit vera aliqñ aliquid deꝰ sciuit quod mō nō scit Unū nunq̄ deus se habuit aliter q̄ mō se hꝫ ꝉ aliqñ se habebit secundū mutationē sui sꝫ bene secūdū mutatōnem alioꝝ a se. nec hoc arguit aliquā mutationem in deo. Unū si aliqua colūba esset in manu dextra ⁊ postea esset in sinistra ego me aliꝛ haberem ad illaꝫ q̄ prius ⁊ tamen propter hoc non oporteret esse aliquam mutatōnem in me sed sufficeret mutationem esse in colūba In hisq̄ specialiter dicta sūt in hoc sophismate me subiicio aliorꝫ correctioni. Hec de isto sophᵉᵗᵉ.

Sophisma .lxvi.

est istud. Quociensqꝫ fuisti

parisius totiens fuisti homo.

Probatur sophisma

ei⁹ cōtradic[m] ē fl'm.g° ip̄z ē ver. 9[a] tz. Aſſūptū pba[r].q2 cōtradictoⁱⁿ ē.aliquotiēs fuisti parisi⁹. & nō fuisti hō.modo h° ē fl'm 2° c Jn a.tp̄e fuisti pisius & tūc fuisti hō.in b.fuisti parisi⁹ et tūc fuisti homo.& sic de aliis tp̄ib⁹ i quib3 fuisti parisi⁹.g[r] quotiēscūq3 fuisti parisius totiēs fuisti homo.

Jmpbatur sophisma

Quotiēscūq3 fuisti parisi⁹ totiens fuisti hō. ſ3 bis fuisti parisi⁹ g° bis fuisti hō. discursus est bonus.& cōclusio fl'a.g° aliqua premissar.& nō vo[r].g° a[or]. q; cōclu° sit falsa.pbatur.q2 sequit bis fuisti hō.g° aliqñ fuisti hō.& postea aliqñ nō fuisti hō & iter. fuisti hō modo hoc est falsū.9[a] tz.eo q; h° aduer[m] bis significat intruptōnem tp̄oris significati p vbum cuius vbi hoc aduerbiū bis est determinatio.

Pro responsione

sophismatis est sciendū q; h° sincathego[ma] quotienscūq3 distri[t] pro tp̄orib⁹ mēsurātib3 actus interruptos. hui⁹modi vo tp̄a importan̄t p hui⁹modi aduer[a] numeri.bis.ter.quater.&c.scdm q; determinant vbum ratione tp̄oris cōsignificati p ipsum.Per istā enī ppōnez bis fuisti homo significat q; aliqñ fuisti hō et q; doq3 postmodū non fuisti homo & iterū fuisti homo. Et p istam bis cucurristi.significat q; aliq° tp̄ore cucurristi. & qñq3 p⁹modū nō cucurristi. & iterū cucurristi Sed cōtra hoc aliquis dicēt. si sic. seq̄ret q; h° ēēt fl'a.bis duo fuerīt quatuor.q2 ēēt sens⁹ q; aliqñ duo fuerīt quatuor.& qñq3 p⁹modū duo nō fuerīt quatuor. & iter. postmodū duo fuerūt quatuor. mō hoc ē falsū. Respōdet q; i ista ppositione bis duo fuerunt iiii[or]. h° aduer[m] bis pōt determinare hoc verbū fuerūt rōne tp̄is consignificati p ip̄z vel pt terminare istū tmīz nūeralē duo.si p̄rio° sic negaret ista bis duo fuerūt quatuor. & tūc bn̄ valet cōseqn[a] fcta sed si 2[o] cōcedit ista bis duo fuerūt quatuor.et negat cōseqntia g° aliqñ duo fuerūt quatuor et postmodū duo non fuerūt quatuor. q2 talis cōseqntia nō valet nisi qn̄ aduersariū numerū determinat verbū rōne tp̄is cōsig[ti] p ipsū et nō termīn nūeralē. His visis dicit q; sophisma est fl'm.et qn̄ dr 9tradicotiū sophismatis est fl'm hoc negat. Qn̄ hec nō est eius cōtradicto[a] aliquotiēs fuisti parisius et non fuisti homo sed est ista.aliquotiēs fuisti pisi⁹ & nō totiēs fuisti hō & illa ē vera Ad aliā dico q; nō sequit. Jn.a fuisti parisi⁹ &c. ſ3 ē falla[a] 9ñtis arguitur el ab insufficienti Qn̄ ad hoc q; 9ñ a valeat opport3 addere in añte iterruptōez tp̄is sic Jn.a.fuisti pisius et tūc fuisti hō et qñq3 post nec fuisti pisius nec fuisti hō. et itm fuisti pisius & fuisti hō &c[us]. et tūc bn̄ sequit quotienscūq3 fuisti pisius totiēs fuisti homo. ſ3 tūc añs est fl'm.

Sophisma. lxvii.

Est istud. Qualecūq3 est aliqd si ipsū est albū. tale ē aliqd si ip̄z est nigrū. pbatur p p'ma pte albū est aliqd si ip̄m est albū: ni

grū est aliqđ si ipʒ est nigrū me-
diū ideſt in medio colore, colora
tū est aliqđ si ipſū ē albū. g° qua
lecūqʒ est aliqđ si ipſū est album
Scđa pars pbaṫ albū est aliqđ
si ipſū est albuʒ. nigrū est aliqđ
si ipſū est nigrū ꝛc^{cius}. g° tale est
aliqđ si ipſū est nigrū. et p ꝯñs
qualecunqʒ est aliquid si ipſum
est album ꝛc.

In oppōitū arguitur

Qualecūqʒ est aliqđ ꝛc. g° sub
quacūqʒ qualitate est aliqđ duʒ
est albū. sub eađ qualitate ē ipʒ
dū est nigrū. ꝯñs est flm et ꝯña
pʒ excessu sophisṁatꝭ. Seđo°
pbatur istud sophiſma. q̄tūcūʒ
est aliqđ si ipſū est bicubitū tātū
est aliqđ si ipſū est tricubitū. pʒ
bicubitū est aliqđ si ipſū est bicu
bitū. tricubitū est aliqđ si ipſum
tricubitū ꝛc^{cius}. g° q̄tumcūqʒ ꝛc.
Et pʒ prima pars sophiſmatis
Scđa pars pbatur. bicubitū ē
aliqđ si ipſū est tricubitū. tricu-
bitū est aliqđ si ipſū est tricubi-
tum ꝛc^{cius} g° q̄tūcunqʒ est aliqđ
si ipſū est bicubitū ꝛc 3° sic ar
guitur. bicubitū est aliqđ si ipm
est bicubitū. tricubitū est aliqđ
si ipm est tricubitūꝛc^{cius}. g° q̄tū-
cunqʒ est aliqđ si ipm ꝛc.

In oppōitū arguitur

Quātūcunqʒ ꝛc. g° sub quacūʒ
q̄titate est aliqđ si ipʒ est bicubi
tum. sub tāta est aliqđ dū ipm ē
tricubitū. ſʒ hoc est flm Similiṫ
pṫ pbari et ipbari Istud Ubicūʒ
expñs est aliqđ si ipm ē rome. ibi
dē expñs est aliqđ si ipʒ est pisius
pbatur in hoc loco expñs est ali-
quid si ipm est rome. et in eodē
loco expñs est aliquid si ipm ē pi

sius ꝛc^{cius} locis g° ꝛc.

In oppoſitū arguitʳ

Ubicūqʒ expñs ꝛc. g° in quocūqʒ
loco est aliqđ expñs rome. in eođ
loco est aliqđ qđ exiſtit pariſiꝰ.
modo hoc est flm. Similiter pt
pbari ꝛ ipzobari istud. quociēſ-
cūqʒ currēs est aliqđ si ipʒ ē ter
currēs tociēs currens est aliqđ
si ipm ē bis currens. Probaṫ qꝛ
semel currēs ē aliqđ si ipm ē bis
currēs. et etiā semel currēs est
aliqđ si ē ter currēs ꝛc^{cius}. g° ꝛc.

In oppoītū arguitur

qꝛ si sophiſma eēt uerū ſeqretur
ꝙ quicunqʒ eſſet currens bis
eſſet currens ter et ꝙ tociens
curret bis currēs sicut ter cur-
rēs Sođ° ponitur istud. qualiṫ
cūqʒ faciēs est aliqđ si ipm ē bñ
faciēs. taliter faciēs est aliqđ si
ipſum est malefaciens.

Ad omnia predicta

sophiſmata ē aduertēdū ꝙ eođ°
soluūtur. Unū primū hʒ duplicē
sensū. Unū ꝙ fiat pūctuaᵒ inter
ly qualecūqʒ. et residuū sequēs.
Scđo° ꝙ nō fiat tlis pūctuatio
et 1^{m} hoc sophiſma dṙ 1^{m} sensuʒ
cōpoſitū uel diuiſū. Primo° ſenſꝰ
sophiſmatis est qualecūqʒ qua
litatē hñs pūctua ibi .ē aliqđ si
ipm ē albū talē qualitatē hñs.
pūctua ibi iterū est aliqđ si ipm
est nigrū. et ille sensus ē uerus
Si 2us sophis^a significat ꝙ sub
quacūqʒ qualitate ē aliqđ dum
ipm ē albū. sub eadē est aliquid
si ipm est nigrū. ꝛ hoc ē flm. Et
scđm hoc rōnes soluūtur. Sođ°
dicitur ad alia sophiſmata. Et
hec de pria pte huiꝰ tractatus.

107

Ista est secūda pars quinti tractatus in qua magister albertus de saxonia

I

tractat sophismata difficulta tē hñtia rōe negatōis vł ēmino rū includētiū negatōem sic⁹ sūt dictōnes exclusiue.exceptiue.et iste dcōes sīt aliō.n̄ idē.ꝛ plures tales. Et primo ponēda sunt sophismata ortū hñtia rōe hui⁹ verbi nego. Ad c⁹ euidētiaꝫ est primo notādū ꝙ hoc v̄bū nego vel negare significat actū positiuū scꝫ negatiue rn̄dē nō inclu dēs in suo p se intellectu negatiōnē.Et id nō se³ sortes nō concedit deū eē g° sortes negat deum eē. qꝛ prima ē negatiua ꝛ nihil ponit.ꝛ secūda ē affirmatiua ꝛ aliquid ponit Et id vlteri⁹ dico ꝙ hoc verbū nego nō cōfundit terminū sequētē se distributiue mobiliter.qꝛ sic hoc eēt rōe negationis incluse in ei⁹ pse intellectu mō hoc ē fl'ꝫ.ꝛ id nō se³.sortes negat ppōeꝫ.g° sortes negat istaꝫ ppōem.sed bn̄ seqꝛ econtra.Nichilomin⁹ tn̄ bn̄ dicimus ꝙ hoc v̄bum nego vel negare significat negatiue rn̄dē.qꝛ negatiua rn̄sio exercet p hanc dictionē n̄ dido n̄ ē ita.ꝛ id ista negatio n̄ dicitur negatio exercita.

Sophisma.i.

est istud.Negatū eē aial est vex posito ꝙ negetur ista propositio deū eē animal.

Probatur sophisma

Hoc ē verū demonstrato deū eē hoc est negatū eē aial g° negatū eē aial est verū.

Improbatur sophisma

qꝛ negatū eē aial ē vnū dictum cui corrn̄det ista propō negatuꝫ est aial.mō de nullo dicto ē vificabile li verum vel li falsū nisi ex eo ꝙ de ppōe sibi corrn̄dente ē vificabile li verū vel li fl'ꝫ.sꝫ de ista propōe negatū est aial n̄ est verificabile li verū g° nec de e⁹ dicto scꝫ negatū eē aial vificabat li vex.ꝛ p ɔ̄ˢ fl'm ē negaᵐ eē aial ē verum

Ad sophisma respondetur

ꝙ li negatū pt eē nti cas⁹ vel accusatiui.si primomō ē vex qꝛ significat ꝙ aliqd qd ē negaᵐ eē aial ē verū.ꝛ hoc ē vex sicut pbauit prima rō.Si aūt 2°° sic ē fl'm.nā scdm hoc sb'm sophᵗ'ᵉ est hᵒ totle dcm:negaᵐ eē aial ꝛ tle dcm nō ē vex sic⁹ pbat 1ᵃ rō Aliter d³ꝙ li negatū pt ɔstrui cū hᵒ v̄bo est vel cū hoc īfitiuo eē. Si primo° sic ē sens⁹sophiᵗ'ᵉ qd ē negatū eē aial ē verū.ꝛ i hᵒ sēsu sophiᵃ ē vex sic⁹ pbat pria rō.qꝛ deū eē ē negaᵐ eē aial.ꝛ deū eē ē vex. Si 2°° sophiᵃ ē fl'm sic⁹ pbauit 1ᵃ rō qꝛ i l° sēsu li vex enūciat de dicto h⁹ ppōis negaᵐ esse aial.ꝛ sꝫ significat ꝙ h̄ pṗō sit vᵃ negatū ē aial mō hᵒ ē fl'ꝫ.ꝛ scdꝫ hᵒ soᵐᵃ ē fl'ꝫ.Et p hoc soluūt rōes

Sophisma.ii

est istd.tu n̄ potes v̄e negare te

nõ eẽ asinum

Probatur sophisma

tu nõ potes ṽe negare necessa-
riũ sz te nõ eẽ asinũ ẽ necessari-
um gͦ tu ñ potes ṽe negare te
nõ eẽ asinũ 1ͦᶜ arʳ. si tu posses
ṽe negare te nõ eẽ asinũ tũc tu
posses ṽe. cõcedẽ te eẽ asinũ mõ
hoc ẽ fl̄z. pbaẗ 9ͣ nã iste cõtradi
cũt tu es asinus tu nõ es asin⁹
sz qui pt ṽe negare ῦm cõtradi-
ctoriũ pt ṽe cõcedẽ reliquũ gͦ si
tu posses ṽe negare te nõ eẽ a-
sinũ tu posses ṽe concedẽ te esse
asinũ qd ẽ e⁹ contradictoᵐ. flⁱˢ
9ñtis pz. nᵐ ipossibile posses ṽe
concedẽ sz te eẽ asinũ ẽ ipossible
gͦ te eẽ asiᵐ tu ñ posses ṽe cõcedẽ

Impbatur sophisma

tu nõ potes ῦere negare te non
eẽ asinũ gͦ tu nõ potes ῦere ne
gare ꝙ tu nõ es asinus. ⁊ ita nõ
potes ῦere negare ꝙ non sis asi
nus. ⁊ si sic nõ potes ṽe negare
quin sis asin⁹. ⁊ ita sequitur ꝙ tu
es asin⁹ 1ͦᶜ arʳ. contradictoᵐ
sophiᵗ ẽ ῦeꝝ. gͦ sophiᵃ est falsũ.
9ͣ tz. aˢ pbaẗ. nã e⁹ contradicᵐ
ẽ tu potes ṽe negare te nõ esse
asinũ ⁊ hͦ ẽ ῦeꝝ. qꝛ ṽe ita ẽ ꝙ po
tes ṽe negare te ñ eẽ asiᵐ cũ in
libẽa tua volũᵗᵉ sᵗ ocedẽ ł nega-
re istã tu non es asinus

Ad sophisma respon

deẗ ꝙ si ῦẽ pt deliare hͦ ṽbũ pt
ꝗᶜ negaẗ sophiᵃ. ⁊ hͦ pbat 9ͣ taz
fctã i oᵐ ꝗⁿ pt⁹. ł si ṽe pt deliare
hͦ ṽbũ negare ꝗᶜ sẽs⁹ sophiᵗ ẽ ꝙ
tu ñ potes ṽe rñdẽ negãͦ istã p-
põez tu ñ es asin⁹. ⁊ hͦ ẽ ῦeꝝ sicᵗ
pbãt due pme rões. Tũc ad aliã
rñdet 2ͦᵒ 9ᵃᶻ. ⁊ qñ dʳ. tu ñ potes
ṽe negare ꝙ tuⁿ sis asin⁹. conce
diẗ. ⁊ qñ dẽ tu nõ potes ῦere ne
gare ꝙ tu non sis asinus. nego
hãc 9ᵃᶻ causa ẽ. qꝛ aˢ ẽ ppõ mẽ
neᵘᵃ ⁊ 9ˢ ẽ ppõ aᵘᵃ denotãs ꝙ tu
nõ potes ṽe negare aˡd nisi sis
asin⁹. ł z forte sit ppõ aduersatia
de qb⁹ qd aduersatis dicebaẗ in
pma pte h⁹ tractat⁹ in pmo so
phismate. Infita sᵗ fita.

Sophisma. iiii.

est istud. qd non est. ẽ Probaẗ.
Demõstrata ista negatõe nõ hᶜ
ẽ ṽa hͦ ẽ. Tũcᶜ. hͦ ẽ qͦ ñ ẽ gͦ qͦd
nõ ẽ: est. discursus ẽ bon⁹ aᵒʳ ẽ ṽa
⁊ dᵒʳ pz. hoc ẽ nõ gͦ hoc ẽ qd ẽ nõ
gͦ qd ẽ ñ ẽ. 1ͦᶜ arʳ. qd ẽ ñ ẽ gͦ qd
nõ ẽ: ẽ. 9ͣ tz. aˢ pz. oĩs negaͦ ẽ ẽs
sz qd ẽ ñ: ẽ negatio ergo qd ẽ nõ:
ẽ. discurs⁹ ẽ bon⁹ qꝛ i darii gͦ ⁊c

In oppõitũ arguitur

nã seʳ. qd ñ ẽ: ẽ gͦ qd nõ ẽ ẽs ẽ ẽs
mõ hoc est falsum

Ad sophisma respon

deẗ ꝙ ñ ñ pt teneri materialẽ ł
signᵘᵉ. si pᵐoͦ soᵐᵃ ẽ ῦeꝝ. si 2ͦᵒ so
phiᵃ ẽ fl̄z. ⁊ scd̄z hoc soluũẗ rões.

Sophisma .v.

ẽ istd. nõ aliquid ẽ ł hõ ẽ asin⁹ est
ppõ disiũctia. Probaʳ. oĩs iᵃ p-
põ ẽ disᵘᵃ ꝗ 9p oiʳ ex duab⁹ cathe
goricẽ meᵗᵉ iᵃ 9iũctõe disiũctia ł
sz sophiᵃ ẽ hʒ gͦ ẽ ppõ disᵘᵃ. Belᶜ
meli⁹. sz ista ppõ ñ aˡd ẽ ł hõ ẽ asi
nus cõpoʳ ex duabus caᶜⁱˢ ergo
ista ẽ ppõ disiunctiua

Improbatʳ sophisma

nõ aˡd ẽ ł hõ ẽ asin⁹ ẽ ppõ disᵘᵃ sz
hõ ẽ asin⁹ ñ ẽ ppõ disᵘᵃ ergo ñ a-
liquid ẽ: ẽ ppõ disiũctiua. 9ͣ tz ⁊
destructõe ṽnᵗ⁹ ptẽ ad aliã ptem

flis consequentis patz de se 2^oc ar^r.na se^r.si a'd e l'ho e asinus e ppo disiua g^o nichil e l'ho e asinus e ppo disiunctiua sz hoc e flz g^o .cc. consequentia tz eo q^n aliqd .q nichil equipollet. sz flis consequentis pbat.na ista nichil e l'homo e asinus e vna ppo disiunctia c'ta pria ps e fla sc z nichil e.q 1^a scz ho e asinus e ppo disiunctia 3^oc.gtradic^m sophi^t e vm g^o so^a e flz.g^o tz .a^s pbat.na gtradic^m sophi^t e a'd e l'ho e asinus e ppo disi^ua q hoc e vm.qr si a'd e l' ho e asinus e ppositio gpo^ta ep dua b^s ca^cis me^te ista coniunctione l'

Ad sophisma repode^t

q ipz pt capi i sesu i quo e ppositio ca^ca de sb^o tm disiuncto.q^c sb^c z sophi^e e hoc to^m si a'd e l'ho e asinus .q pdicatu e si ppo disi^ua q i ho sesu sophi^a e vm vt pbat prima ro^.nec gtra istu sesu vadut a^e 3^e roes. 1^oa pt capi sophisma i sesu i quo e disiunctia c^s scda ps e ista homo est asinus est ppositio disiunctiua. q prima ps est si a'd est q i illo sensu sophisma est flm eo q^c est vna disiunctia c^s abe p^s sut fle q hoc pbat a^e 3^eroes.n^c sic ca tradictoria sophismat e est ista. a liqd est .cc.sic^t data est.qr si ambe affirmatie disiunctie.et si abe fle Sz^c capiendo sophisma cotradictoria ip^s est vna copulatia composita ep ca^cis contradicentib^s ca^e illi^s disiunctie.nec tuc illa negatio si i dicta ppoe fere^t supra tota ppoez.et si supra e^s pria^z pte

Sophisma .vi

est istud.si a'd est l'tu es ho.

Probat sophisma^c.huis disiunctiue altera ps e va.scz tu es ho ergo ipsa est va qr ad vitatez disiunctie sufficit alteram ptem esse veram

Jmprobatur sophisma.contradictoria e^s est va scz ista a' est l'tu es ho ergo pria est fla.

Ad sophisma rndet q ista negatio si pt cade supra tota ppoez sequentez et^c significat q si est ita q a'd est l'tu es homo.et^c sophisma est falsu.vel pt cade solu supra si a'd et^c est sens^s nichil est vel tu es homo et^c est vm vt probat pria ratio.qr alia e^s poest vera scz tu es homo.nec^c contradictoriu sophi^e est a'd est l'tu es homo:sz ista a'd est q tu si es homo q illa e fla qr e vna copulatia c^s vna ps est falsa.hoc solz dict sub aliis vbis q i sophismate pt esse disiunctio negatois vel nega^o disiunctois.pri^o sophi^a e veru qr est vna disiunctia i qua disiungi^t vna negatia ab a^a affirmatia. 2^oo sophisma e falsu.na tuc negatio fere^t supra disiunctoem et^c significat qntu hec.no est ita sicut ista significat aliquid e vel tu es ho

Sophisma.vii.

est i^t^d.si a'd e et tu es asinus

Probatur sophisma.

ei^s contradictoria e fla scz aliqd est et tu es asinus

Jmpbatur sophisma

na se^r.si a'd e q tu es asin^s g^o tu es asi^s.g^o e falsu pz gna a tota copulatia ad qualz e^s ptem

Ad sophisma respon

det q i ipo negato pt ferri ad ho vbu est vel ad nota^z copulatois pri^o est copulatia c^s p^s si iste.no a'd.i.nichil est et tu es asin^s. et^c

& copla negativa de .i. propositionis negative. cum alia. & hec est falsa. quia est una copulativa cuius utraque pars est falsa. 2o dicitur est negatio copulationis. & tunc denotatur non esse ita sicut hec significat. aliquid est & tu es asinus. & hoc est verum & equipollet huic. nichil est vel tu non es asinus. & hec est vera. quia altera eius pars est vera. Et secundum hoc rationes non procedunt. quia si sophisma intelligatur quod in eo sit negatio copulationis. sic non sibi contradicit ista. aliquid est & tu es asinus. quia utraque est alia cum nota copulationis affirmetur in utraque. et etiam utraque est falsa. Sed ut sic contradictoria eius est ista. nonon aliquid est & tu es asinus. secundum quod prima negatio refertur ad notam copulationis. & non supra primam partem illius propositionis. et hec equipollet huic disiunctive. aliquid est vel tu non es asinus & hec est vera. quia est una disiunctiva cuius utraque pars est vera. Si autem sophisma intelligatur secundum quod in eo est negatio copulationis, sic non sequitur non aliquid est & tu es asinus. ergo tu es asinus. propter hoc quod ut sic equipollet negative scilicet isti. nichil est vel tu non es asinus. ad quam sicut clarum est de se non sequitur ista. tu es asinus. Nec sic ista. non aliquid est & tu es asinus est copulativa sed disiunctiva.

Sophisma viii.

est istud. Non sortes currit vel non currit.

Probatur sophisma

posito quod sortes non currat. sic. Huius disiunctive altera pars est vera. scilicet ista sortes non currit ergo tota disiunctiva est vera.

Improbatur sophisma

Sua contradictoria est vera. scilicet sortes currit vel non currit ergo sophisma falsum. 2o. nam sequitur non sortes currit vel non currit ergo sortes currit. consequens est falsum per casum. ergo & antecedens. consequentia patet. quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. sequitur enim sortes non currit ergo sortes currit vel non currit. quia quelibet categorica infert disiunctivam cuius ipsa est pars. sed ista sortes currit vel non currit opponitur isti non sortes currit vel non currit

Ad sophisma respondetur

quod negatio in isto primo loco posita potest negare verbum vel notam disiunctionis. Si neget verbum sophisma est verum. quia altera pars est vera. Si neget notam disiunctionis sophisma est falsum et impossibile. quia denotatur hanc non esse veram sortes currit vel non currit. modo hoc est falsum. quia hec est necessaria sortes currit vel non currit. cum sit disiunctiva composita ex partibus adinvicem contradicentibus. Secundum hoc dico quod si in sophismate est negatio disiunctionis sophisma non est disiunctiva affirmativa. sed equipollet uni copulative sicut huic. nec sortes currit nec sortes non currit que est impossibilis. concesso tamen quod est disiunctiva negativa in qua nota disiunctionis negatur. hec consequentia non valet altera pars disiunctive est vera. ergo tota disiunctiva est vera. quia hec regula bene habet veritatem in propositione disiunctiva affirmativa non tamen in propositione disiunctiva negativa. Ad alias duas rationes similiter respondeatur. Ad primam dicitur quod si negatio prima neget verbum sic iste propositiones sortes currit vel non currit. non sortes currit vel non currit non contradicunt. quia utraque ipsarum est affirmativa. quia formaliter scilicet nota disiunctionis in utraque affirmatur. Ad aliam dicendum est quod si prima negatio feratur ad verbum ista consequentia non valet. non sortes currit vel non currit. ergo sortes currit. Nec ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. Et quando dicitur sortes non currit ergo sortes

currit vel nō currit. dicēdū ē ꝙ vū est sʒ illud nō ē oppoᵐ añtis Nā iste sūt vere sorˢ cᵗ vl sortes nō currit: ꝛ nō sortes cᵗ vel nō cᵗ scdʒ ꝙ pria negaº fert ad vbuʒ et non ad totā ꝓpōem sequēteʒ illā negationē non

Sophisma .ix

Est istō Non aliqˢ hō cᵗ si aliqd aial cᵗ Probat hec cōdºnalis ē fla aliqˢ hō cᵗ si aliō aial cᵗ.gº sua cōtradicª ē vª scʒ ista nō aˡˢ hō cᵗ si aºd aial cᵗ Improbat sic Nō aˡˢ hō cᵗ si aºd aial currit gº nᵒ hō cᵗ si aliqd aial cᵗ. mē hº ē flʒ.ꝓbat gª eo ꝙ nō aˡˢ ꝛ nullᵒ eqpolēt Ad sophiª dicēdū ē ꝙ in ipō ista negaº nō.pt cadē sup totā ꝓpōeʒ seqnte. vl solū supra priaʒ ptē eᵒ. hoc ē dictu sub aˡˢ vbis ꝙ i sophiᵗ: pt eē negaº cōditoīs vl cōdº negaˡˢ.ꝛ ista sūt vba atiqºꝝ sophistaꝝ. prioº sophª signiᵗ tm̄ ꝙtū hec. nō ē ita sicut hec sigᵗ. aˡˢ hō cᵗ si aºd aial cᵗ: et sic sophiª ē vū 2ºº sophiª sigᵗ tm̄ ꝙtū hᶜ.si aºd aial cᵗ nō aliqˢ hō cᵗ. ꝛ sic sophiª ē flm̄. i prio sēsu sophiª nō eqpolʒ huic nᵒ hō cᵗ si aºd aial cᵗ: eo ꝙ i illo sēsu neº cadit supra totale ꝓpōis scʒ sup notā cōdºnis Sʒ i 2º sēsu biñ eqpolʒ huic eo ꝙ negaº tūc cadᵗ solū supra vnā ptē dictē ꝓpōis. et 2ᵐ hoc rōes vadūt viis suis Sʒ dicēs q̄ ē hec ꝓpō. nō aliqˢ hō cᵗ si aºd aial cᵗ iquātū negaº cadᵗ supra notā cōdiˡˢ pt dici ꝙ ē con dictōal ꝛ vlteriᵒ ꝙ ē negatia Sʒ dicēs si sic videt ꝙ nō sit vª.eoꝙ añs pt eē vū sñ ɋnte. nā ad vitatē cōdicōal reqrit ꝙ aˢ nō sit vū sñ ɋnte Rñdet ꝙ hº itligʳ de cōdicōali affirmatia.nā ista est

negatia nō aliqˢ hō ꝛc. ꝛ silr i tligūt alie rōe date de cōditōalᵇʒ

Sophisma .x.

Est istō Aliqua cā hō non ē hō Probat sic. non oīꝫ cā hō ē homo gº aliqua cā hō non ē hō. ɋña tʒ p regulā eqpolētiaꝝ. añs pʒ. qꝛ non p formā equi q̄ ē cā hō est hō ergo non p oēm cām homo ē hō gº non oi cā hō ē hō Improbat qꝛ si aliqua cā hō nonē hō sit illa cā.a.tūc.a.cā hō non ē hō.gº p.a cām homo nō est homo.gº.a. est cā ꝙ homo nō ē homo..gº homo nō ē homo qd ē flm̄. ɋña ꝓbatur posita cā,ponit effectᵒ illiᵒ cuius ē cā.,gº si.a.sit cā ꝙ homo non ē homo.ꝛ qꝛ.a.cā ē sequit effectuʒ eᵒ eē scʒ hoiem non eē hoiem

Ad sophisma respon

detur ꝙ in ipso potest denoiari causalitas negatiois vel negaº causalitatis.ista sūt verba anti quorū sophistarū et sensus eorū est iste ꝙ per sophisma pot denoiari ꝙ aliqua est cā que est cā essendi hominis non esse hoiem et sic denoiatur cāūtas negaˡˢ et sic sophisma est falsuʒ vel pot denoiari ꝙaliqua est causa que non est causa essendi hominem non esse hoieʒ.et sic dʒ denoiari neº cāūtatꝭ ꝛ sic sophiª ē vū.qꝛᵐ hoc rōes ꝓcedunt aliquo modo

Sophisma .xi

Est istud Ois homo aliqd aial non est. Probatur qꝛ sorˢ aºd aial non est qꝛ sortes aial plato non ē. ꝛ plato aliqd aial non est qꝛ plato aial sortes non est ꝛᶜⁱˢ. gº ꝛc. 2º.sic Ois homo non oē aial est. gº ois hō aºd aial non ē

añs ē veꝝ.gº et ↄñs. ↄña pꝫ qꝛ nō oē aïal ⁊ aliqđ aľ nō eqpollēt

Jn oppoſitū arguitᷣ.

oīs hō ⁊c.gº nullꝰ hō aºđ aïal eſt ↄˢ ē flꝫ gº ⁊ aˢ. ↄª tꝫ qꝛ neºpꝰpōita eqpolꝫ ſuo cōtrario 2ºᶜ. Nā ſequit̄ oīs hō aliqđ aïal nō ē. gº nullū aïal hō ē. ↄˢ ē flꝫ gº ⁊ añs ↄſeqnª tꝫ ꝑ ↄuerᵉ: vlis negaᵘᵉ qualis ē ꝓpō añs ī ꝓpōeꝫ vlem negatiuaꝫ Si aūt dicaᵗ ꝙ 1ᵗª oīs homo aliqđ aïal nō ē nō debeat ſic ↄuerti.ſꝫ ſic oē aïal aliqs hō nō ē. ꝓbat̄ ꝙ illa ↄuerſio nō vꝫ Nā poſito ꝙ non eēt niſi vnꝰ hō de oībꝰ hoībꝰ.tūc añs eēt veꝝ ꝑ aduerſariū. ⁊ ↄſeqns flꝫ ſcꝫ oē aïal aliqs homo non ē.qꝛ de aliquo hoie flꝫ eēt dicē ꝙ ipe nō eēt Et poſſet bñ capi in alijs terīs ſñ aliquo caſu. qꝛ iſta oīs ſol aliquis planeta nō ē non ↄuertitᵗ in iſtā.oīs planeta ſol non eſt.qꝛ tūc ſol non eēt. eo ꝙ eſt planeta 3º ſic arᵗ eiꝰ cōtradicª eſt vª gº ipſa eſt flā. ↄſeqnª tꝫ eo ꝙ cōtrarie non pñt ſimľ eē vere ↄˢ pꝫ qꝛ eiꝰ cōtraria ē. oīs hō aliqđ aïal ē. ⁊ illa eſt vª Qrtoᶜ arᵗ cōtradicª eiꝰ eſt vª gº ipſa ē flā ↄª tꝫ qꝛ īpoſſibľe eſt cōtradicª ſiľ eē vera ↄñs pꝫ nā eiꝰ ↄtradicª eſt aliqs hō aliqđ aïal eſt ⁊ illa ē vera Quīto arᵗ omīs homo aïal non ē. gº oīs homo hº aïal non eſt. ⁊ oīs homo illđ aïal nō eſt ⁊cᵘˢ.ↄſeqns eſt flm. ↄſeqnª ꝓbatur eo ꝙ arᵗ ab iſto termīo aïal ſtante ↄfuſe et diſtriᵘᵉ ad eꝰ ſiglaria Sꝫ ꝙ ille tīꝰ aïal ſtet ↄfuſe et diſtributiue pꝫ Nā dictꝰ terīꝰ negat̄ de hoc terīo hō pꝰꝙ ſophiª ē ꝓpō neᵘª.ſꝫ qcqđ negaº negat: negat ↄfuſe et diſtriᵘᵉ

Reſpōdetur ad ſophiſma

ꝙ ipſū eſt veꝝ 2ᵐ ꝙ ly aïal ſe tꝫ ex pte p̄dicati. ſi eī ſe tenēt ex pte ſubiecti eēt negatiua ſcđꝫ ꝙ eſt orō veꝝ vel flm ſignificās ſicut iſte terīꝰ aïal ſe tenet a pte p̄dicati .ſic ſophiſma eſt veꝝ.eo ꝙ iſte termīꝰ aïal ſtat ↄfuſe tm̄ qꝛ negatio ſeqns non habet vim ſupra ipſū. qꝛ negatio non agit ante ſe ſꝫ retro ſe.

Ad rationes

Ad primā negat̄ ↄſeqnª.et qñ dī negaº poſtpoſita facit cōtraª equipolē ↄceᵗ , ſꝫ dī ꝙ iſta non ſūt cōtraria. oīs hō aïal ē. ⁊ oīs homo aïal nō eſt Et licet ābe ſit vles vtroqꝫ terīno participātes ⁊ vna ſit affirmatiua ⁊ alia neuª tñ adhuc deficit vna alia conditio requiſita ad cōtrarietateꝫ ꝓpoſiºnū. videlꝫ ꝙ idē terīꝰ q̇ in vna ſtat īmobilit̄ ꝙ in alia ſtet mobilit̄.modo hoc deficit hic de iſto terīo aïal Nā in vtraqꝫ ſtat īmobiliter. Sed diceres que eſt contraria ipſius. oīs homo aïal eſt. Reſpondet̄ ꝙ iſta oīs homo non aïal eſt . et illa bñ equipolꝫ huic nullꝰ homo aïal eſt Vlteriꝰ diceres que eſt ergo cōtraria hꝰ oīs homo aïal non ē. dico ꝙ iſta omnis homo omne aïal eſt vel ſaltem equipolet ſue contrarie Vnde ly animal in vna ſtat mobiliter et in alia immobiliter. Ad ſecundā negatur ꝙ iſta oīs homo aïal non eſt.debeat ↄuerti in iſtā nullū animal homo eſt etiā dico ꝙ non debet ↄuerti in iſtā. omne anïal aliquis homo nō eſt ſicut ꝓbatū eſt. Sed dico ꝙ debet ↄuerti in vnā pticlarē

negatiuā Sz in istam aliquod animal nō est homo. Sz dicēs cōtra. ois ppō negatia vlis dz conuerti i vlez negatiuā. Dico φ verū est de ppōibus vlibus negatiuis i quib⁹ pdicatū ē ita bn̄ distributū sicut sb^cm q̄ vocāt vles negatie de mō sequendi ɔsueto tn̄ hoc nō oz de ppōib⁹ vlibus de mō sequēdi icōsueto negatis in qb⁹ pdicatū distribuibile n̄ distribuit. ꝗ de numero taliū ē so^ma ppositū Sz diceres videt φ vtiqz ois ppō vlis negatia debeat cōuerti simplicit. nā ois ppō vlis pt eē a^oi i cesare in pūmo mō i^e fi^e. ꝗ qz talis mod⁹ reducit ad cesarēt p conuersiōez a^one siplicit ergo sequitur oēm propositionē vniuersalē negatiuā eē conuertēdā simplicit. Rn̄det negando φ vlis ne^lla i qua pdicatū distribuibile n̄ distribuit possit eē a^or i cesare. Vn̄ ad hoc φ conclusio sequat^r oz φ predica^m a^one stet confuse ꝗ distributiue. Vnde supposito φ nullus homo sit i rerū natura nisi so^e. iste pmisse sunt vere ois homo aliqd aial nō est omē risibile aliquod aial est Ex istis nō sequitur aliqua cōclusio facta ex extremitatib⁹ pmissarū. qz non sequitur φ aliqd risibile nō est homo. nec sequitur φ aliqd risibile homo nō est. qa vtraqz pmissarū est vera. et qlz illarū cōclusionū ē fl'a. Tn̄ in 3^a figura vt in felaptō pot huius^et vlis esse maior in qua pdicatuz stat cōfuse tm̄ ad conclusionē in qua pdicatū stat pticularit. Vn̄ bn̄ sequitur ois homo aliquod aial nō est. ois homo aliqd risibile est. g^o aliqd risibile aial non est Nec hic possūt pmisse eē vere sine cōclusione si formet. et iste sillogism⁹ nō reducitur ad ferio per ɔuersionē maioris siplicitet sz per ɔuersionē mioris accn̄s Ex dictis tn̄ pmissis nō sequit hec cōclusio. aliqd risibile nō est aial. qz illa est fl'a pmissis existtibus veris Similit in sillogismo expositorio in 3^a figura ex a^ore negatia in qua pdicatum nō distribuitur in v^ore affirmatia. sequitur bn̄ cōclusio negatia etiā de pdicato nō distributo. sz non negatia de pdicato distributo. verbi grā sequitur enī bn̄ sortes aial n̄ ē. sortes hō est g^o hō aial nō est. sz nō sequitur hec cōclu^o. g^o homo nō est aial. Ad terciā negatur ans Et ratio negatōis patet in solutiōe prime ratōnis Ad quartā nego ans et qn̄ dicitur. aliquis homo aliqd aial est. est eius cōtradictoria hoc negat Et rā ē qz i cōtradictoriis iu⁹ distribuibilis stans in vna mobiliter. debet stare in alia imobiliter. modo sic nō est hic. quia iste terminus aial stat in vtraqz imobilit Sz dicēs que ē ergo sua contradictoria Rn̄det φ i^ta aliquis hō oē aial ē. vel saltē equalēs sue contradictorie modo i^a ē fl'a Ad quītā negat 2^a. et qn̄ d^r iste tmin⁹ aial ꝛc. negatur de isto sb^co hō. concedit sz^n distributiue. Et qn̄ d^r qcqd negatio negat distributiue verū ē si hoc sequat negatōez. si autem pcedat hoc nō oportet.

Nunc in hac parte

postφ magister nr̄ posuit sophismata de negatione negāte. cōsequēt ponit sophi^ta de negatōe ifitante.

Sophisma.xii

est istud. Sortes videt nõ hoiem posito casu φ sortes simul equũ ꝗ hoiem videat.

Probatur sophisma

sortes videt equũ equus est non hõ gͦ sortes videt nõ hoiez. 2ͦͥ arᵗ. non hõ videtur a sorte gͦ sortes videt nõ hoiez. 9ᵃ tz. aᵃ ꝓbatꝰ hoc videtꝰ a sorte demõstrãͦ eqᵐ hoc est nõ hõ gͦ nõ hõ videtꝰ a sorte 3ͦᶜ arᵗ. sortes videt aliquid qđ nõ est hõ quia videt equũ gͦ sortes videt nõ hominẽ.

Imꝓbatur sophisma

sortes videt nõ hoiem gͦ sortes nõ videt hoiem. 9ˢ ẽ falsuz. 9ᵃ tz ꝑ illã regulã aristotelis positã i 1ͦ periarᵃˢ. ab affirᵘᵃ de ꝓdicato infito ad negatiuã ꝛc. vz 9ña qꝛ in sophiᵗᵉ ponit negaͦ infitãs

Anteꝗ rñdeatur ad sophiᵃ ẽ sciẽdũ incidentalit φ ꝉminꝰ priuatiuꝰ ꝛ terminꝰ infitus ꝛ ꝉminus negatus se habent per ordinẽ sic φ de quocũqꝫ affirmatʳ terminus priuatiꝰ de eodẽ affirmatur terminꝰ infitus ꝛ nõ ecõtra Verᵗ ei iste est iniustus gͦ iste ẽ non iustus. ꝛ ñ sequitꝰ ecõtra. qꝛ bene sapis ẽ nõiustus ꝛ tñ nõ est iniustꝰ Silr̃ de quocũqꝫ affirmatur terminꝰ ifitus de eodẽ negatur terminus finitus ꝛ ñ ecõtra Verᵗ ei iste ẽ non iustus gͦ iste ñ est iustus. non tamen ecõtra. qꝛ prima est negatiua q̃ de forma nichil ponit ꝛ secũda ẽ affirmatiua. ꝛ per 9ˢ non sequitur iste ñ est iustꝰ gͦ iste ẽ nõ iustꝰ Etᶜ terminus priuatiꝰ ẽ iferior ad terminũ infitũ. ꝛ etiã terminꝰ ifitꝰ ẽ iferior ad negatũ ꝉmini finiti. Vñ tã ad affirmatiuã de ꝓdicato ifinito φ ad affirmatiam de ꝓdiᵗᵒ priuaᵘᵒ sẽp seqʳ neᵘᵃ de ꝓdiᵗᵒ fitᵒ. ꝛ nõ sẽp seqꝰ eqtᵒ. ꝛ hoc vlt ariˢ. 1ͦ ꝑyarˢ. Isto viso rñᵈ ad sophisma φ ipsũ ẽ verũ.

Ad rationes

Ad primã aliq̃ dicũt φ rl'a dꝫ itelligi cũ ṽbo substãtio. de pñti ꝛ nõ cũ ṽbo adiecᵘᵒ. nᶜ etiã cũ ṽͦ substãtio de ꝑtito vl' futo. ꝛ i ꝉmĩe absoꝉꝫ ꝛ nõ reᵘⁱˢ. Vñ nõ seʳ. sorˢ videt nõ iustũ. gͦ ñ vidꝫ iustũ Silr̃ nõ seʳ. sorˢ fuit iustꝰ. gͦ sorˢ non fuit nõ iustꝰ. nᶜ seʳ. sorˢ erit non iustꝰ. gͦ sorˢ nõ erit iustꝰ. Similr̃ nõ seqꝰ hͦ est nõ duplũ. gͦ hoc nõ est duplũ. qꝛ idẽ respectu diuersoꝝ bene est duplũ ꝛ nõ duplũ. Verũtamen michi apparꝫ φ generalit i absoꝉꝫ ꝛ silr̃ de recto ab affirmatia de ꝓdiᵗᵒ ifiᵗᵒ etiã vbi totũ ꝓdicatũ est ꝉminꝰ infinitus. ꝛ etiã ab affirmatiua de ꝓdiᵗᵒ finito ad negatiuã de ꝓdiᵗᵒ ifiᵗᵒ si tũc ps ꝓdiᵗⁱ sit ꝉminꝰ ifinitꝰ qñqꝫ nõ tꝫ hꝰmodi cõseqñtia. Per hͦ pꝫ ad instãtiã quãdo dicitꝰ cũ verbis adiectiuis. nõ eni sequitꝰ tu vides nõ iustũ. gͦ ñ vides iustũ. nᶜ hic argʳ ab affirmatia de ꝓdiᵗᵒ ifiᵗᵒ. ꝛc. qꝛ in ista tu vides nõ iustũ nõ ꝓdicatꝰ ꝉminꝰ ifinitꝰ sꝫ hͦ totũ vidẽs nõ iustũ. Qđ pꝫ resolᵒᵒ dictã ꝑpõnez in istã. tu es vidẽs nõ iustũ ꝛ illđ totũ non est ꝉminꝰ infinitꝰ. licet bene altera eius pars sit infinita. Ad aliam instantiã dicitᵉ φ cũ verbo substãtiuo de ꝑterito et futuro est bõa cõseqñᵃ ab aᵘᵃ ꝛc. ꝛ etiã ab affirᵘᵃ de ꝓdiᵗᵒ fito: ad negatiam de ꝓdiᵗᵒ ifinito ad

dendo l[og]i[ca]lite aduerbiu[m] temp[or]is determina[n]s t[em]p[or]us consig[nifica]tu[m] p[er] verbu[m] ad determinatu[m] tempus sc[ilicet] ad t[em]p[u]s p[ro] quo verificatur a[n]s [et] vbi gr[ati]a bene ei sequitur sortes fuit non iustus g[o] tunc non fuit iustus. Si[mi]liter bene sequit[ur] sor[tes] fuit iustus g[o] sortes tu[n]c no[n] fuit no[n] iustus. sed sine tali determina tione t[em]p[or]is no[n] sequit[ur]. no[n] ei sequit[ur] sortes fuit no[n] iustus g[o] sortes no[n] fuit iustus Illud au[tem] quod illi dicu[n]t est consonum sententie aristotelis. Aliter ergo respondet q[uan]n d[icitu]r sortes videt no[n] ho[m]i[n]em ergo sortes non videt hominem. negatur consequentia. Et dicitur q[uod] regula intelligitur quando ar[guitur] ab affirmatiua de predicato infinito sic q[uod] totu[m] predicatu[m] est infitu[m] vel infinitatu[m]. [et] sic non est i[n] proposito. q[ui]a ibi homine[m], ma[n]z fi- nitatu[m]. Aliter p[otes]t dici q[uod] illa regula no[n] tenet in illis de obliquo sicut est in proposito. no[n] en[im] seq[ui]t[ur] iste canis est non clerici g[o] iste canis non est clerici. q[ui]a a[n]tece[den]s in casu p[otes]t e[ss]e ve[rum] [et] [con]s[equens] falsu[m]. posito ei q[uod] cleric[us] [et] rusticus simul habeant vnu[m] cane[m] a[n]s est veru[m] [et] consequens f[a]l[su]m

Sophisma .xiii.

est istud chymera e[st] non homo.

Probatur sophisma.

sic. Chymera no[n] e[st] homo g[o] chymera e[st] non homo. a[n]s patet de se [con]s[equenti]a patet per illa[m] regula[m]. a negatiua de predicato finito ad affirmatiua[m] de predicato infinito e[st] bona [con]s[equenti]a. modo sic ar[guitu]r in proposito 1[o] arguitur. ho[mo] [et] no[n] homo sunt contradictoria sed de quol[ib]et termino e[st] v[er]ificabile alteru[m] illo ru[m] contradictorio[rum]. g[o] chymera vel e[st] homo vel no[n] ho[mo]. sed no[n] e[st] homo ergo est no[n] ho[mo]

Imp[ro]batur sophisma

est prop[ositi]o affirmatiua cuius subiectu[m] pro nullo supponit ergo est falsum.

Ad sophisma respo[n]detur q[uod] ipsum est falsum

Ad rationes

Ad prima[m] negatur consequentia. Ad probatio[n]em dicitur q[uod] illa regula no[n] habet veritate[m] nisi vbi arguitur a negatiua de predicato fito cu[m] constantia subiecti. [et] etia[m] in terminis singularibus. propt[er] primu[m] no[n] sequit[ur] chimera non est homo g[o] chymera e[st] non homo. q[ui]a iste termin[us] chymera pro nullo supponit Propt[er] 2[m] no[n] v[idelicet] ista consequ[en]tia isti no[n] su[n]t ho[m]i[n]es g[o] isti su[n]t no[n] ho[m]i[n]es. na[m] demo[n]strato ho[m]i[n]e et asino a[n]s est veru[m] [et] co[n]seque[n]s falsu[m]. Ad secu[n]da[m] h[oc] [con]cedit[ur] q[uod] de quocu[n]q[ue] termino supponente pro aliq[uo] verificatur alteru[m] contradictorio[rum]. sed quia iste termin[us] chimera pro nullo supponit nec hec e[st] vera chymera est ho[mo]: nec hec chimera est non homo. Vnde h[oc] veru[m] e[st] q[uod] o[mn]e quod est: est ho[mo] vel non ho[mo]. sed quia chimera no[n] est ideo non oportet q[uod] sit ho[mo] vel no[n] ho[mo] Et virtute istius o[mn]e q[uo]d est: est ho[mo] v[e]l non ho[mo] infert[ur] q[uod] optie sequit[ur] et formaliter .a. no[n] e[st]. b. a. no[n] est no[n] b. g[o]. a. non est. Sed contra diceres tunc ex ambabus negatiuis aliquid se[quitu]r. Ad hoc dico q[uod] no[n] est inconueniens medio variato penes fitu[m], [et] infitu[m] [et] de h[oc]

diffusi⁹ de q̄ circa primum ptoꝝ

Sophisma. xiiii.

est istud. Nullus homo est grammaticus.

Probatur sophisma

inductiue. nec iste non ho est grāmaticus demonstrato equo. nec iste non homo est grāmatic⁹ demonstrato cane ꝗ etc. gᵒ nullus non homo est grammaticus 1ᵒ sic. nullus non homo ē hō grammaticus gᵒ nullus non homo ē grammaticus

Improbatur sophisma

nullus non homo est grammaticus ergo omnis homo est grāmaticus. qᵒ est falsū. consequentia patet eo ꝙ nullus nō ꝗ omnis equipolent.

Ad sophisma respō

detur ꝙ ipsum est verum ꝗ quādo dicit ois homo est grammaticus. negatur cōsequētia. et qñ dicit. nullus nō ꝗ omnis eq̄polent. Ad hoc dico ꝙ verū ē quādo illa negatio nō ē pure negās et quando illa negatio est infinitās non oꝫ sicut ē in proposito

Sophisma. xv

est istud. non homo ē cōmune p̄dicabile de omni hoīe.

Probatur sophisma

sic. Nullus homo est commune predicabile de omni homine gᵒ non homo ē commune predicabile etc. consequentia tenet. eo ꝙ non homo et nullus hō equivalent. aᵒ pꝫ. quia nec iste homo est cōmūe predicabile de omī hoīe. nec iste est commūe predicabile de oī hoīe et de aliis. 2ᵒ arguit. Iste terminus hō ē cōmūe p̄dicabile de oī hoīe sed iste term⁹ homo ē nō homo gᵒ ꝛc.

Improbatur sophisma

Non homo est commune predicabile de oī hoīe gᵒ vere pt affirmari de oī hoīe ꝗ per consequēs hec ē concedenda: ois homo est non homo.

Ad sophisma respon

detur ꝙ in ipō potest esse negatio negans vel infinitans si negatio negans sophisma est verū. eo ꝙ nullus homo ē cōmūe p̄dicabile de oī hoīe. Si negatio est infinitās hoc est dr. qa vel hoc totuꝫ non hō tenetur personaliter et sic sophisma est verū. eo ꝙ aliqd qd ē nō hō ē cōe predicabile de omni hoīe sicut iste termi⁹ homo. Si autem tenet materialiter tunc sophisma est falsum qꝛ sensus est ꝙ hoc nomen istū nō homo est cōmūe p̄dicabile de oī hoīe. et ꝑ hoc soluūt rōes

Sophisma. xvi.

est istud. nemo est commune p̄dicabile de omni homine

Probatur sic. Nullus homo est commune predicabile de oī hoīe. gᵒ nemo est commune p̄dicabile de oī hoīe. ꝯa tenꝫ. qꝛ ideꝫ est nemo et null⁹ homo.

Improbatur sophisma

nam tunc ois homo esset nemo

Ad istud sophisma

respondetur ꝙ si nemo pt capi prout est termin⁹ infinitus l' oratō

in ista ita q̄ implicite sit due di
ctiones icludētes hoc sig^m nllus
& hūc tm homo. In pm̄o sēsu ad
huc ē multiplex eo q̄ iste tīs ne
mo pt capi materialit l' psona
liter. si materialiter so^ma ē fls̄m.
qz denotat q̄ li nemo sit cōmu
ne pdicabile de oi hoie. & hoc est
fls̄m. Si vero teneat psonalit sic
sophisma ē ver. qz tūc denotat
q̄ aliqd qd ē nemo sit cōe pdica
bile de oi hoie. & hoc ē ver. Nam
hoc genus alal ē nemo. qz est nō
hō. quia est nullus hō. & est qe predi
cabile de oi hoie. Et i illo sensu
concedo q̄ nemo vificet de om
ni hoie. sz illa affirmatia nō dēt
sic exerceri. ois hō est nemo. sed
sic. ois hō est aial. Si vo li nemo
sit due dictōes iplicite: tunc itex
sophisma ē verum. qz ē vna vni
uersalis cuius quelz singularis est
vera. & i eodē sensu cōcedit q̄ ne
mo vere affirmat de oi homine
Et ex hoc nō sequit q̄ hec sit va
ois hō est nemo. qz p istaz nemo
affirmatur de oi hoie: nō signifi
catur affirmatio de aliquo: sed
negatur affirmatio cuiuslibet
hominis de omni homine. vnde
significatur q̄ nullus homo ve
re affirmatur de omni homine
quod est verum

Sophisma .xvii

est istud non homo est converti
bile cum hoc communi homo

Probatur sophisma

Nullus homo est convertibile
cum hoc communi homo ergo
non homo est convertibile cum
hoc communi homo. antecedēs
est verum. quia est vna vniuer
salis cuius qlibet eius singula
ris est vera: qa tz p hoc q̄ nullus
homo & non homo equipolent
Secundo arguitur. iste ter
minus risibile est convertibilis
cum hoc cōi hō. sed iste terminus
risibile est nō hō. ergo non homo ē
convertibile cū hoc coi nō hō

Improbat sophisma

De quocūqz ē vificabile vnum
cōvertibiliū de eodē ē verifica
bile reliquū. si ergo nō homo est
vificabile cū ho coi hō: tūc de quo
cūqz vere affirmat hoc coe hō de
eodē ve affirmat li nō hō. & ideo
sicut hec est vera sortes ē homo:
sic videtur ista eē vera sortes est
non homo

Ad sophisma respon

deo q̄ i ipso negatio potest eē ne
gās & sophisma ē verū. & hoc p
bat prima rō. vel pt esse infitās
& tunc li non hō pt capi psonalit
& sophisma adhuc ē verū sicut p
bauit 2a rō. vel pt capi materia
liter & sophisma ē falsū. Sz di
centes dr q̄ hec sit falsa nullus hō
ē convertibile cū hoc coi hō. Et
arguitur sic. qcunqz sūt abinui
cē convertibilia de quocūqz af
firmatur vere vnū de eodē affir
matur reliquū. sed nullus hō et
homo sunt abinvicē cōvertibia
ergo de quocūqz vificatur li hō
de eodem vificatur nullus hō. aña
est vera et vor est concessa g^o ons
nō est negāda. & per ons si sortes ē
hō sortes est nullus homo Rūde
tur q̄ discursus nō vz. qz ē i pma
figura & vor ē negatiua. mō mi
nore existēte negatiua in prima
figura nichil sequit

Nunc restat ponere

sophismata de h^o sincat^e nichil. Quorū primū est

Sophisma.xviii

est istud.nichil est nichil.

Probatur sophisma

quia eius contradictoriū est fls g^o ipsū est verū.p^a tz.a^s pbatur nā eius contradictoriū est.aliqd est nichil.md hoc est falsū 1^oc nā equipolet huic quodlz est a^ls et 1^a ē va g^r.assūptū pz p illā regulā eqpolentiarꝫ qñ duo signa vlia negatia ponūt in eadez locutōe primū equipolet suo cōtrario et 2^m suo cōtradicto^o.et q2 qdlibet et nichil sūt contraria.et aliqd et nichil sūt cōtradict^a g^o sīr ꝙ ista nichil est nichil e^ualeat huic qdlz est a^ls

Improbatur.Nam sequitur nichil est nichil g^o nichil ē null^9 homo.p^s est falsū eo ꝙ e^9 contradictoriū est verꝫ scz a^ls est nullus hō.rx h^oq2 a^in^9e a^ls et ē n^9hō

Ad sophisma respon

detur ꝙ ipsū est verꝫ sicut probauit prima ratio.Sed propter secūdam rōez que adducitur pro sophismate pp̄ter illam regulā allegatam.Est sciendū ꝙ hec ppositio nichil ē nichil nō equipolet huic quodlibet est aliquid et hoc du^ele cā.primo quia ista nichil est nichil est negatiua et h^c est affirmatiua quodlibet est aliqd modo nunꝙ propō negatia eqpolet affirmatiue.2° quia si ista nichil est nichil eqpolet huic qdlibet est aliquid:tunc etiā ista nl'la chymera est nulla chymera deberet equipolere isti quelz chymera est aliqua chymera modo hoc est fl'm.q2 prima est va et 2^a fl'a.ꝙ 2^a sit fl'a pz.q2 est affirmatiua c^9 sb^cm pro nullo suppo^t. et h^o sufficit ad falsitatē a^iie.ꝙ autem ista nulla chymera ē n^a chimera sit va pz primo.q2 e^9 contradictoria est falsa scz aliq^a chimera est n^a chimera q̄ est affirmatiua c^9 sb^cz p n^o suppo^t.2° q2 hec nulla chymera est nulla chimera est negatiua c^9 subiectuz p n^o supponit.md hoc suffic^t ad vitatē n^ie. 3° si ad istā nichil ē nichil sequat̄ ista p eqpolentiaz qdlz est a^ls tunc ep ne^ua sequit^r affir^ua qd est impossibile. Sz diceres.quid dicis ergo ad regulā allegatā.Dico ꝙ 1ª regula hz vitatē qñ illa duo signa ponūt in eadem pte propōis.Et id bene conceditur ꝙ ista.nichil ē nichil equipolet huic quodlibet aliquid estvel quodlibet est aliqd Et etiam ista nulla chymera ē nulla chymera bene equipolet huic quelz chymera aliqua chymera est.Et tunc dicitur ꝙ hec non est negatiua sed affirmatiua.Vlterius d^r ꝙ si i aliqua orōne ponerent̄ tria signa vniuersalia negatiua tunc duo prima signa facerent equipolentiam ad inuicem tercio signo remanente.Verbi gratia ista propositio. nullus homo nullum animal nullo loco videt.valet istaz omnis homo aliquod animal nullo loco videt.

Ad improbationem sophismatis dicendum est ꝙ non seq̄tur nichil est nichil ergo nichil est nullus homo.q2 ar^r a nega^oe supioris ad negationez iferior^9. Vñ i pdicato ātecedent^9 negat^r sicut eius.et i pdicato pñt^9 negatur

ly hō.vn̄ ista nichil ē nichil valet istā.nichil ē nullū ēe.sꝫ a negati one superioris ad negatōez inferioris negatiue nō valet ꝯn̄a. ppt̄ hoc ꝙ qn̄ ar^r negatiue a superiori negato ad iferius negatū ar^r ab inferiori ad supi⁹ negatiue propt̄ hoc ꝙ supius negatū reddit inferius ꝗ inferius negatū redditur superius.

Sophisma xix

est istud.ex nichilo nichil fit.

Probatur sophisma

p aristotelē pmo phisicoꝝ q̄ dt hoc.ꝗ dicit i ho: oēs antiq^os philosophos cōcordasse.

Improbat^r sophisma

Nā ex nichilo nichil fit g^o ex q^o libet aliquid fit.ꝯn̄a tꝫ p dicta regulā eqpolētiarū allegataꝫ ꝗ expositā i pcedēti sophi^te

Ad sophisma respōdetur ꝙ accipiēdo li ex prout dicit circūstātiā ꝗ habitudinē cause materialis sicut capit aristoteles i primo phisicoꝝ i pdicta propōne sophisma de ꝟtute sermonis ē falsum.qꝛ sibi eqpolēs est falsa scꝫ ex quolꝫ aliquid fit quod ē flꝫ.qꝛ si^c tūc ex deo aliquid fieret prout li ex dicit circūstantiā cause materialis.mō hoc ē flꝫ. 2° qa sophisma dēt sic īduci.de hoc nō nichil fit ꝗ de hoc nō nichil fit et sic de aliis.mō inter oēs singulares multe sūt false. qꝛ demōstrato deo ista est falsa de hoc nō nichil fit.qꝛ equipolet huic de hoc aliquid fit que est falsa: Et ad aristotelem dicitur ꝙ per predictam propositionem ipse intendit istam nichil fit ex nichilo. et ista est vera naturaliter loquēdo.quia eius contradictoria est falsa scꝫ aliqd fit ex nichilo

Sophisma.xx.

est istud.nichil et chymera sunt fratres Probatur quia eius cōtradictoria est falsa ergo ipsa ē ꝟa.cōsequentia tꝫ.a^s probat^r. qꝛ contradictoria ē.aliqd ꝗ chymera sūt frēs.ꝗ illa ē fl'a. 2° sic arguitur. nō hoc ꝗ chymera sūt fratres ꝗ non hoc ꝗ chymera st fratres ꝗ sic de aliis ergo' nichil ꝗ chymera sunt fratres.

Impbatur sophisma

nulle sorores sunt fratres nichil ꝗ chymera sūt sorores g^o nichil ꝗ chymera nō sunt fratres. maior est nota.minor patꝫ quia e⁹ cōtradictoria est falsa scꝫ aliqd ꝗ chymera sunt sorores ergo ꝛc.

Secūdo sic.si nichil ꝗ chymera essent fratres.vel hoc eēt ex parte patris vel ex pte matris vel vtriusqꝫ.nullum potest dici. quia aliter habuissent vnuꝫ patrem ꝗ vnam matrem. Tercio sic.quecūqꝫ sunt fratres: st. nichil et chymera sunt fratres. ergo nichil et chymera sunt.discursus est bonus et conclusio ē fa lsa ergo aliqua pmissaꝝ et nō maior ergo minor

Ad istud respōdetur

ꝙ si li nichil capiatur cathegoreumatice sophisma est falsum quia denotatur ꝙ illud quod simpliciter non est et chymera sunt fratres.et sic sophisma est propositio affirmatiua. Si autem li nichil capiatur sicathegoreumatice tunc ipsum est verum.

ꝛ tũc est propõ negatiua. ꝛ tunc denotat ꝙ aliqđ ens ꝛ chymera nõ sũt frẽs. ꝛ hoc ẽ verũ. et sic etiã vex ẽ ꝙ nichil ꝛ chymera sũt sorores. Nec seq^r q̃cũq; sũt sorores nõ sunt frẽs ꝛc. qꝛ v^or ẽ negatiua ĩ prima fi^a. Ad aliã d^r ꝙ nichil ꝛ chymera sũt frẽs tã ex pte p̃ris q̃ ex pte matris eo ꝙ nullũ ẽs ꝛ chymera sunt frẽs ex parte patr. etiã se^r ꝙ nullũ ens ꝛ chymera sũt frẽs ex pte m̃ris Et vlterius se^r ꝙ nichil ꝛ chimera habuerũt vnũ prẽz. ꝛ eius cõtradictoria ẽ negãda scz aliqđ et chymera habuerũt vnũ patrẽ Sed diceres contra ergo erat vnus pater ipi^9 nichil ꝛ chimere. negatur consequentia. eo ꝙ hec est negatiua nichil ꝛ chimera habuerunt vnum patrem. et hec est affirmatiua vnus erat pater ipius nichil ꝛ chymere. mõ ex negatiua nõ sequitur affirmatia

Sophisma .xxi

est istud. Nichil est si aliquid est.

Probatur sophisma.

Non hoc est si aliquid est demõstrando sortem. nec hoc est si aliquid est demonstrando platonẽ ergo et cetera. consequentia tenet. antecedens probatur. quia non sequitur aliquid est ergo sortes est. aliquid est ergo plato est ꝛ sic de aliis

In oppõitũ arguitur

non aliquid est si aliquid est g^o nõ nichil est si aliquid est. consequentia tenet eo ꝙ ad idem non implicans nõ sequuntur opposita Secundo sic Nam nichil est si nichil est. ergo nõ est ita ꝙ nichil ẽ si aliquid est ꝯña tz eo ꝙ idẽ non sequit̃ ad opposita vt dicit aristoteles secundo priorum.

Ad sophisma respondetur.

ꝙ ipsũ est falsum. Nam si esset verum tunc ibi esset bona consequẽtia aliquid est ergo nichil est. modo hoc est falsum. eo ꝙ sic est sicut significatur ꝑ antecedens. ꝛ non sic sicut significatur per consequens Et cõfirmatur. nam sequitur a^l d est ergo aliquid est. g^o non sequit̃ aliquid est ergo nichil est. aña patz consequentia probat̃. qꝛ aliter ĩ bona consequẽtia oppositũ ꝯñtis nõ repugnaret añ^ti. mõ hoc est f^l^m. consequentia probatur. nam si ad istã aliquid est sequatur ista a^l d ẽ: cũ ista nichil ẽ contradicat consequenti: sequit^r ꝙ ip^a repugnat añ^ti. ꝛ ꝑ cõseq̃ns nõ sequit̃ ad antecedens. ꝛ ꝑ cõsequens si sequatur aliquid est ergo aliquid est: non sequit̃ a^l d ẽ g^o nichil est. Propterea ad istaz nichil est sequit̃ ista nichil est. qꝛ optima est consequentia eiusdẽ ad seipm. g^o ad istã aliquid ẽ nõ sequitur ista nichil est. quia alit̃ idem sequeretur ad opposita. Cuius falsitas consequẽtis allegata est secundo priorum. Probatur etiam hec falsitas ratione. propter hoc ꝙ debilis est locus ab auctoritate. Et hoc sic. Si idem sequeretur ad vtrum q; oppositorum sequeretur ꝙ v^m oppositorum sequeretur ad reliquum. sed hoc est falsum. qꝛ tũc ad negatiuam sequeretur affirmatiua. sed hoc est falsum. quia

negatiua nichil ponit affirmatiua vero aliquid ponit. Probatur consequentia eo φ secundum aduersarium idem sequitur ad vtrumq3 oppositorum. sit ergo φ ad. a. esse album et etiaz ad. a. non esse album sequatur b. esse magnuz. tunc quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis oportebit concedere φ ad. b. non esse magnum sequatur. a. non esse albū. propter hoc φ ad. a. esse album positum est sequi. b. esse magnū. vt ponit aduersarius. Tunc sic ad. b. non esse magnum sequitur a. non esse album. et ad. a. non esse albuz sequitur. b. esse magnū ergo ad. b. non esse magnum sequitur. b. esse magnum. per illaz regulam quicquid sequitur ad consequens :c cetera. et sic vnuz oppositorū sequitur ad reliquū quod erat probandum. Sed dicerés. probatur φ vtiq3 idem potest seq̄ ad opposita. nā ad istā sortes sedet sequitur ista disiunctiua sortes sedet vel non sedet. Similiter sequitur ad istam sortes non sedet. eo φ quelibet cathegorica infert disiunctiuam cuius est pars. Secundo quia necessarium sequitur ad quodlib3 ergo ad vtrumq3 oppositorum. cōsequentia tenet. antecedens probatur quia ex impossibili et contradicente sequitur quodlibet. ideo ipsum sequitur ex qualibet consequētia tenet. quia ex quo ex impossibili contradicente necessario sequitur quodlibet. tunc quacunq3 consequentia formata cuius consequens est necessarium ex opposito cōseq̄ntis potest inferri oppositū antecedentis. postq̄ oppositū consequētis est impossibile. eo φ ex ipossibili seq̄t qdl3 Q3 autē ex impossibili sequatur quodlibet : hoc i prima parte huius tractatus declaraui in illo sophismate oēs hoīes sunt asini vel hoīes et asini sūt asini. 3° Nam sequitur oīs disciplina ē studiosa. nulla disciplina est studiosa. g° nulla disciplina ē disciplina. ecce quomō idem sequitur ad opposita. Ad ista responsetur φ quando aristo. scdo priorū. dicit φ idem nō sequitur ad opposita. intellexit hoc de ppōnibus simplicibus cathegoricis. quarū cōtradictorie non implicant contradictionē. Et h° etiā probat ratio adducta. Et ex h° solute sunt due prime rationes quia ista sortes sedet vel non sedet non est cathe^ca. et etiā cōtradictoriū necessarii saltē necessarium de forma est impossibile implicans cōtradictionē. Ad aliā dicitur φ ista nulla disciplina :c. nō sequit ad opposita: sed bene sequit ad copulatiuā cōpositam ex oppositis. Vn̄ dico φ cū arguitur. omnis disciplina est studiosa. nulla disciplina est studiosa. g° nulla disciplīa est disciplina. non totale antecedens ē a^or nec etiam b^or. s3 copulatiua cōposita ex maiore et minore et ista coniunctione et. Ad rationem probantem sophisma esse verum: respondetur vnomodo φ non omnes eius singulares antecedētis sunt vere. quia demōstrādo deum. hec est falsa.

non hoc est si aliquid est. eo q̄ bene sequitur. aliquid est ergo deus est. eo q̄ forte deum non esse implicat contradictionē. Aliter potest dici q̄ quando dicitur non hoc est si aliquid est. q̄ ista negatio non potest referri supra totam propositionē conditionalemque sequitur eam. vel super primam partem eius. Si primo modo tunc conceditur antecedens. et negatur consequētia Nam tunc ista non hoc est si aliquid est. significat q̄ non sequitur aliquid est ergo hoc est. et ad tales non sequitur ista nichil est ergo aliquid est Secundo modo ista non hoc est si aliquid est significat tantum quantum ista aliquid est ergo non hoc est. quia ad tales bene sequitur ista nichil est si aliquid est sz tunc negarem antecedens.

Sophisma xxii.

Est istud Si nichil est aliquid ē.

Probatur sophisma.

Si nichil est tunc nichil esse est verum. et si nichil esse est veruz tunc aliquid est. quia ad minꝰ hoc verum est. nichil est.

Improbatur sophisma

sic Nichil est et aliquid est opponuntur: sed unum oppositorum non sequitur ad reliquum. igit^r

Secundo sic Hec est negatiua nichil est. et hec est affirmatia aliquid est. sz ad negatiuam non sequitur affirmatiua. ergo non ita est q̄ si nichil ē aliqd est.

Ad sophisma respon

detur q̄ ipsum est falsum: Et ad probationem in contrarium quando dicitur. si nichil est nichil esse est verum. negatur cōsequentia. quia antecedens est propositio negatia. et conseq̄ns est propositio affirmatiua. sed ad negatiuam non sequitur formaliter affirmatia. eo q̄ negatiua nichil ponit et affirmatia aliquid ponit Sed diceres cōtra. quelibet propositio infert propositionem in qua verum affirmatur de suo dicto: sequitur enim homo est asinus. ergo hominem esse asinum est verum: deus est ergo deum est verum. ergo etiam sequitur. nichil est: ergo nichil esse est verum. Breuiter nego assumptum Sed contra diceres illa consequen^a est bona cuius ex opposito ɔ̄tis infertur oppositū aūtis. sz sic ē hic ubi ar^r ad affirmatia ppōe ad illā in qua si verū affirmat^r de dicto aūcedētis. sicut hic deꝰ est g° deum esse est verū vel hic sortes est ergo sortem esse est verū. Nam sequitur sortē esse nō ē verū. ergo sortes nō est. sed ista repugnat aūti. et sic ex opposito ɔ̄tis sequitur oppositū aūtis

Ad hoc rūdetur q̄ nō se^r deꝰ est g° deū esse est verū: Et qū dicit oppositū ɔ̄tis repugnat aūti g° &c. negat ɔ̄ña Et qū dr̄ sortē esse nō est verū g° sortes nō est. ne^r ɔ̄ña Nam possibile ē q̄ sortes sit et q̄ non formet hec ppō sortes est nec eius dictū et tunc sortes est. et tū sortem esse nō est verū nec etiam est flm. q2 non est. sz ad hoc q̄ aliquid sit verū vl' flm oportet q̄ ipsum sit

Sophisma .xxiii.

Est istud Si tu scis quod nichil scis tu nichil scis.

Probatur sophisma

Si tu nichil scis quod nichil scis tunc te nichil scire est verū eo ꝙ nichil scitur nisi verū primo posteriorū Et ultra te nichil scire est verū.gº nichil scis.gº si tu scis ꝙ nichil scis: nichil scis

Improbatur sophisma

sic. si tu scis ꝙ nichil scis aliqd scis.gº non est ita ꝙ si tu scis ꝙ nichil scis: nichil scis. conseqña tenet eo ꝙ nichil scis ꝛ aliqd scis opponūtur.mō opposita non sūt ad idē. Añs probatur Nam si tu scis ꝙ nichil scis, tu scis istam ppōem nichil scis: sꝫ ista propō nichil scis ē aliqd.gº si tu scis ꝙ nichil scis aliqd scis qđ erat probād.

Ad sophisma respō

detur ꝙ est verū eo ꝙ añs est ppō īplicās cōtradictōez. scꝫ tu scis ꝙ nichil scis.sꝫ ad tlēꝫ seqtur qđ lꝫ. gº sicut cōcedit̄ ista. si tu scis ꝙ nichil scis nichil scis. ita ɔceditur ista. si tu scis ꝙ nichil scis aliqd scis. Et qñ dicitur ad idē nō sequitur opposita verū est ad idē non implicās opposita. sꝫ qñ aliqd īplicat opposita ad illud pñt seq̄ opposita.eo ꝙ īplicatū potest īferri ex implicante.

Sophisma. xxiiii.

Est istud. Nichil est verum nisi in hoc instanti. intelligendo per ly instans presens tempus.

Probatur sophisma

quicquid est verū ꝑsētialit̄ ē verum et per cōsequēs est verū in hº instanti ꝛ nō est verū ī alio. licꝫ bene fuit verū.et erit verū in alia mensura ab hoc instanti.gº nichil est verū nisi in hoc instanti Scđo sic arguit.nichil est verum si non sit verū in hoc instanti.gº nichil est verū nisi in hoc instāti Cōsequēª tenet eo ꝙ si nō et nisi equivalēt.

Improbatur sophisma

Nichil est verū nisi in hoc instāti.gº nichil est verū preter ī hoc instanti. et ultra nichil est verū preter in hoc instanti. gº deū nō esse non est verū preter in hoc instanti.Et ultra. gº deū non esse est verum in hoc instanti ꝛ ī nullo alio ab hoc instāti. Cōsequēª tenet ab exposita ad exponētes

Ad sophisma respō

detur ꝙ in ipso secūdū antiquos ly nisi tenetur aliquādo consecutive.et tunc valet idem ꝙ si nō. Aliquando autē tenetur exceptive.et tunc valet idem ꝙ preterꝙ.Et secundum hoc possum dicere duo ad sophisma.Primo ꝙ si ly nisi capiatur consecutive: ipsum est verum.sicut probauerunt due prime rationes. nec oppositum illius probat ratio in oppositum. Si autem ly nisi capiatur exceptive: tunc est falsum. sicut probat ratio ꝑdicta in oppositum. Nec oppositum probant due prime rationes.

Consequenter In ista parte ponā sophismata diffi cultatē habētia ratione huius si gni nullus Et sit primum sophisma istud

Sophisma xxv

Nullus homo est nullū aial.

Probatur sic. eius contradictorium est falsū ergo ipsū est verū. cōsequentia tenet. añs pbatur. qr eius con tradictoriū est. aliquis homo est nullū aial. et hoc est falsum.

Impbatur sophisma nullus homo est nullū aial ergo nullus hō est nullus asinus. consequens est falsum. qr eius cōtradictoriū est verū scz aliquis hō est nullus a.

Respōdetur ad sophis ma φ ipsū est verū sicut pbatur Et qñ dicitur nullus homo zc. ne gatur. qr arguit ab inferiori ad superius negatiue. Quia ly nullū aial est inferius ad ly nullus asi nus ppter hoc φ ly aial est impl9 φ ly asinus. modo superius ne gatū reddit inferius Et ita etiam dz intelligi solutio qua solu tum est argumentū īprobādo hoc sophisma prius positū nichil est nichil. qr arguitur a negatione superioris ad negationē īferioris negatiue de aliquo.

Sophisma xxvi

Est istud nullū caput hñs ē ali quod caput habēs Probatur hoc caput non hñs est aliqd ca put hñs. et illud caput non hñs est aliqd caput hñs zcetera ergo zc.

Impbatur sophisma eius cōtraria ē vera. ergo ipsa est falsa. qñ tenet qr eo φ contrarie non pñt simul esse vere. Añs pz qr eius cōtraria est. omne caput hñs est aliquod caput hñs. et illa est vera. qr quelz eius singularis est vera

Ad sophisma respōde tur φ ipsū est falsum. et qñ arguit hoc caput zc. Rñdetur φ ista nega tio non ē negāo vel īfinitāo. Si infinitāo sic omēs tales sūt affir matiue. hoc caput non hñs ē ali quod caput hñs. et per cōseqñs non sunt singlares sophismatis qr affirmatiue non sūt singlares vnius negatiue. et sic conceditur añs et negatur consequens Si aūt dicta negatio tenet negatiue. sic dñ concedere qñam. sz negatur añs. qr tūc talis ppositio hoc ca put non habēs zc. valet istā non hoc caput habēs est aliqd caput habens. eo φ in singlaribz non refert pponere vel postponē ne gationem termio discreto. sed illa est falsa. eo φ contradictoria eius est vera. scilicet hoc caput hñs est aliquod caput habens. Sed diceres equo tales hoc caput non habens est aliquod caput habens. secundum φ ly non ca pitur infinite. non sunt singu lares huius nullum caput hñs zc. que est ergo vniuersalis ta lium singularium. Dico φ hec omne caput non habens est ali quod caput habens. Sed dice res contra ista omne caput nō habens zc. equipolet huic. nul lum caput zc. per illam regulā equipolentiarum. negatio post posita signo zc. ergo quecunqz sunt singulares vnius sunt sin gulares alterius. Responde tur negando dictas ppositiōes

equir ofe. qr prima est affirmati
ua scda vo negatiua. Et ad re/
gulā allegatā dicit φ est verum
qñ negatio tenet^r negatiue. qñ
autē tenet^r infinitanter tūc nō
oportet.

Sophisma xxvii

est istud. Nullo hoie currēte tu
es asinus.

Probatur sophisma

Cōtradicto^m sophismat^e ē fal/
sū. g^o ipsū ē verū. 9^a tz. añ^s patz
qr cōtradictoriū ē hoc. aliq^o hoie
currēte tu es asin^9. modo hoc ē
falsū. Scdo arg^r c. p inductō
nē. non sorte currēte tu es asin^9
non platone currēte tu es asin^9
&^cus. g^o &c.

Improbat^r sophisma

Nullo hoie currēte tu es asin^9.
g^o vū nul^9 hō currit tu es asin^9
vel si null^9 hō currit tu es asin^9
vel qr null^9 hō c^r tu es asin^9. sed
cōseqns ē fal^m. pz cōseqntia. eo φ
ois ppō i qua ponūt^r duo ablati
abso^ti i designatōe cōseqntie hz
exponi p cond^onalē vel tēpora/
lē vel causalē. et exēplificāt de
hoc antiqui grāmatici. magist^o
legēte pueri pficiūt. quā sic ex/
ponūt.

Ad sophisma rñdē/

tur φ ipsū est falsū. & qñ dr con
tradicto^m ē. &c. negat^r. & vlteri^9
dico φ iste ñ cōtradicūt nllo ho^e
c^rrēte tu es asin^9. & aliq^o ho^e cur
rēte tu es asin^9. qr vtraqqz earū
est affirmatiua. sicut nec iste con
tradicūt si null^9 hō currit tu es
asin^9. & si aliqs homo c^rrit tu es
asin^9. quarū quelz est a^lia ppo^a

conditionalis in qua nota ypo
thetice manet affirmata. Sed
diceres contra. vniuersalis ne
gatiua et particularis affirma
tiua contradicunt si sint vtroqz
termino participātes. sed sic est
hic in predictis duabus. ergo &c
Respondetur concedendo ma/
iorem et negando minorez. Vñ
dico istas eē nullius quātitat s
eo φ equiualentes sunt ypothe
tice. modo ypothetice non sunt
alicuius φntitatis: sed bene sunt
alicui^9 qualitatis Sz dicēs que
est g^o cōtradictoria sophi^te. Rñ
detur φ ē ista. nō nullo hoie cur
rēte tu es asi^9. pbat hec nega^o
non ferē supra totā ppositionē
ita φ sit sens^9. non est ita φ nul
lo homine currente &c. vel φ sit
sens^9. non sequit null^9 hō currit
g^o tu es asin^9 et illa ē vera: Sz
dicēs contra ista non nullo hoie
&c. et ista aliquo hoie currēte &c
equpolent. g^o si vna ē cōtradic^a
sophismatis. g^o et reliqua. Re
spondetur negādo dictas ppo/
sitiones equipoleē Et qñ dicitur
non nllo et aliquo equipolēt. di
co φ hoc est verū qñ ly non refer
tur supra ly nullo. sed tñ non o/
portet quando ly non refertur
supra totam proposi^one negās
veritatem eius qualiter est in p
posito. Adhuc diceres qua/
liter se habent ergo iste. nullo
homine &c. et aliquo homine &c
ex quo non sunt contradictorie
vel ergo sunt contrarie vel sub
contrarie, et cetera. Dico φ
sunt sibi inuicem impertinen/
tes. sicut sunt iste. si nullus
homo currit tu es asinus. si
aliquis homo currit tu es asi/
nus que sunt ambe affirmati/

ne. nec se consequuntur. nec sibi inuicem opponuntur aliqua specie oppositionis. Ad quartam dico quod si ista negatio non feratur supra totam propositionem conceditur antecedens. et negatur consequentia Nam tunc sensus illius singularis est. non est ita quod sorte currente tu es asinus et tunc antecedens est negatiuum et quia sophisma est affirmatiuum consequentia non valet. Si autem intelligitur non sorte currente tu es asinus. quod ista negatio non: non feratur supra totam propositionem et quod esset sensus. non sorte currete tu es asinus idest sorte non currente tu es asinus. tunc conceditur consequentia. sed negatur antecedens. Unde negandum est quod sorte non currente tu es asinus eo quod negandum est si sortes nõ currit tu es asinus.

Sophisma xxviii

Est istud Neutrum oculum habendo tu potes videre.

Probatur sophisma.

Dextrum oculum non habẽdo tu potes videre. sinistrum oculum non habendo tu potes videre ergo etc.

Improbatur sophisma

sic neutrum oculum etc. ergo si neutrum oculum habes tu potes videre. consequens est falsum consequentia tenet: eo quod talis habet exponi per cõditõalẽ cãlẽ vel tẽpalẽ.

Ad sophisma respondetur

quod est falsum. Et quãdo dicitur dextrum oculum etc. dicitur quod iste non sunt singulares eius vniuersalis. neutrum oculum etc. sicut patet ex predictis. sed posito quod essent singulares respondetur negando antecedens. quia licet quelibet illarum sit possibilis. tamen copulatiua composita ex illis singularibus est incõpossibilis. propter incõpossibilitatem singularium. modo neutrum singularium est antecedens illius vniuersalis. sed copulatiua composita ex eis etc.

Sophisma xxix

Est istud Aduersũ hoiez currẽ sequitur oẽm hoiem currere

Probatur. nõ ad sortẽ currẽ sequitr oẽz hoiez currẽ nec ad platonẽ currẽ sequitr oẽz hoiez currẽ et sic de aliis ergo etc. 2° sic arguitur cõtradictorium sophismatis ẽ fl̃m. ergo ipsũ ẽ verũ. aña patet. aña probatur. quia cõtradictorium est ad aliquẽ hoiez currẽ sequitr oẽz hoiem currẽ. mõ hoc ẽ fl̃m.

Improbatur sophisma

ad vnum cõtrariorum nõ sequitr reliquum sed nullus hõ et ois hõ sũt cõtraria. ergo nõ aduersũ hoiez etc.

Ad sophisma respõdetur

quod ipsum potest habẽ duplicẽ sẽsum vnus potest eẽ iste. quod sophisma potest eẽ vna vlis negatiua. et sic ẽ sensus. nullus hõ est ad quẽ currẽ sequatr oẽz hoiem currẽ. et tunc ẽ verũ sicut probauerũt due prime rõnes. et vt sic sophisma ẽ ppõ vlis negatiua Dictio sophismatis significat quod ad istã vel sibi similẽ nullus hõ currit sequitr ista. ois homo currit. et tunc sophisma est fl̃m et hoc probat ratio in oppositum. et sic sophisma est propõ indefinita affirmatiua

Sophisma. xxx.

est istud ꝯ ad oem hoiem currere sequitur omne hoiem currere.

Probatur sophisma.

Nā sequit omis homo currit gᵒ ois homo currit. gᵒ ad oez hoiez currere seqtur oem hoiez curre

Improbatur sophisma

Nec ad sorte curre sequit omne hoiem curre. nᶜ ad platone currere sequit omne hoiem curre. gᶜᵘˢ. gᵒ nō ad omne hoiem currere sequit oem hoiem currere.

Scdo sic arʳ. ꝯ ad oem hoiem curre sequit oem hoiem currere sed sortes est homo gᵃ ad sortem curre sequit oem hoiem currere Cōseqns est falsū. qꝛ nō sequitur sorˢ currit gᵒ ois hō cᵗ. Tercio sic argʳ Cōtradictoᵐ sophisma tis est verū. gᵒ ipsū ē falsū. ꝯ nᵉ pz. q. ad aliquē hoiez currē ⁿseqt omnē hoiem currē. qꝛ nō sequit aliquis hō currit gᵒ ois hō cʳrit

Respondetur ad sophisma

ꝙ pōt itelligi ꝙ sit ppō īdefinita. et tūc est sēsus/ad istā vel sibi simile ois homo currit. sequit ista ois homo currit. ꝗ hᵒ est verū. vt pbauit pꝛia ratio. Vel intelligit ꝙ sit vlis. ꝗ tūc ē sensus. ois homo currit ad quē currē sequit omnē hoiem currē ꝗ hoc est falsū vt pbatū est.

Sophisma xxxi.

est istud. Nullū hoiem currē seqʳ ad aliquē hoiem currere.

Probatur sophisma

Nec sorte currē sequit ad aliquē hoiez currē. nec plonē currē seᵗ ad aliquē hominē currē. gᶜᵘˢ. gᵒ non sequitur. aliqs homo currit gᵒ pld currit. ergo nullū hoiez et cetera.

Improbatur sophisma

qꝛ si sic sequeret ꝙ vnū contradictorioꝝ sequeretur ad reliquū conseqns est flm, conseqnᵃ tenz eo ꝙ nullus homo currit et aˡs homo currit sūt cōtradictᵃ

Ad sophisma respōd

ꝙ potest eē vna vniuersal' negatiua et tūc est verū vt probauit prima ratio. vel potest esse ppō indefinita affirmatiua et sic ē flm sicut pbauit alia rō Nā tūc significat ꝙ ad istā aliqs homo currit sequitur ista nulꝰ homo currit ꝗ hoc est flm

Sophisma. xxxii.

Est istud Nullus homo est si aliquis homo est

Probatur sophisma

non sortes est si aliqs homo est qꝛ non sequitur aliqs homo est ergo sortes est. nec plato ē si aˡs homo est. qꝛ non sequitur aliqs homo est qᵒ plato est. cᵒ ꝛc.

Improbatur sophisma

Hic denotatur vnū oppositoꝝ sequi ad reliquū. gᵒ sophisma ē falsum

Ad sophisma respōd

ꝙ ipsum est falsū. et qn̄ dicitur. non seqtur ꝛc. dicitur ꝙ illa negatio non potest negare cōdicionem. et tūc aīs est verū et ꝯña non valet. tūc eni denotatur ꝙ

est antecedens nec pars antecedentis sophismatis. vel dicta negatio potest negare verbum primo loco positum. etc antecedens est falsum et consequentia est bona. tunc ei ista nõ sortes est si aliquis homo est valet tantum quantum ista sortes non est si aliquis homo est et hoc est falsum. quia non sequitur aliquis homo non est ergo sortes est

Sophisma xxxiii.

est istud. nullus potest scire quod aliquis põt scire.

Probatur sophisma

sortes non potest scire quod aliquis homo potest scire. plato nõ potest scire quod aliquis hõ põt scire et sic de aliis ergo etc. consequentia tenet. antecedens probatur. sortes non potest scire quod plato potest scire. quia sortes nõ põt scire se esse platonem. et hoc plato potest scire. nec plato põt scire se esse sortem quod potest sortes scire etc de aliis.

Improbatur sophisma

Suus contradictorium est verum ergo ipsum est falsum. consequentia tenet. antecedens patet quia contradictorium est aliquis hõ põt scire quod aliquis homo potest scire et hoc est verum.

Respondetur ad sophisma

quod ipsum est falsum. Et quando dicitur sortes nõ potest scire etc. dicitur quod verum est. quia sortes nõ põt scire se esse platonem. nec aliquis homo potest hoc scire quia nullus hõ põt scire quod sortes est plato. Et quando dicitur plato scit se esse platonem conceditur nec hoc est idem quod sortes denotatur nõ posse scire. Cum enim dicitur sortes non potest scire se esse platonem et plato potest hoc scire: hoc relativum hoc aliud refert in una quam in alia. Unde sicut nõ est idem sortem esse platonem et platonem esse platonem: sic nõ est idem sortes scire se esse platonem et platonem se scire esse platonem. Et similiter non valet ista consequentia. sortes nõ põt scire se esse platonem quod aliquis homo potest scire ergo sortes non põt scire quod aliquis homo potest scire sed est fallacia consequentis quia bene sequitur. sortes potest scire se esse platonem quod aliquis homo põt scire ergo sortes potest scire quod aliquis hõ põt scire. sed nõ econtra. ergo negative arguendo eodem ordine est fallacia consequentis a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. Similiter probatur et improbatur et solvitur hoc sophisma sequens

Sophisma. xxxiiii

est istud. sortes potest scire quod deus nõ põt scire Probatur. Sortes põt scire aliquem esse meliorem se sed deus nõ põt hoc scire quia deus nõ põt scire aliquem meliorem se ergo etc. 2° sic arguitur. sortes põt scire se esse in peccato sed deus nõ põt scire se esse in peccato ergo etc.

Improbatur sophisma

Sortes nõ põt scire nisi verum sed deus scit omne verum ergo sortes nõ potest scire quod deus nõ põt scire.

Ad istud sophisma

respondetur quod est falsum. et quando dicitur. sortes põt scire aliquem etc. conceditur quia põt scire aliquem esse meliorem sorte et conceditur quod deus nõ potest scire ali-

quē meliorē deo cū hoc sit īpossibile. sed ex his nō sequitur ꝙ sortes pt scire qd deus nō potest scire. qr nō est idē quod ī pmissis denotatur sortē posse scire ⁊ qd denotatur deū nō posse scire. pꝫ qr nō sūt idē posse scire aliquē meliorē sorte ⁊ posse scire aliquē meliorē deo. Ad 2ᵐ ꝫ rñdet eodem mō. qr nō seqr. sortes scit se esse ī peccato ⁊ deus ñ scit se eē ī peccato g° sortes scit al'd qd de⁹ non scit. eo ꝙ ñ est idē quod ī pmissis denotatur sortē scire posse: et qd denotatur deū nō posse scire. propter hoc ꝙ hoc relatiuū se aliᵈ refert ī vna ⁊ aliud ī alia. deide pt poni quando li nullus addiᵗ termino complexo de quo

Sophisma xxxv

est istud. nullū aial dum dormit vigilat

Probatur sophisma

Cōtradictoriū sophiᵗⁱ ē fl'ꝫ ergo ipm est verū. g° tꝫ a⁹ pbat. qr cōtradictoriū ē. aliqd aial dum dormit vigilat. qd est fl'm

Improbatur sophisma

nullū aial dū dormit vigilat oīs hō ē aial dū dormit g° n⁹ hō vigilat. g° est fl'a ⁊ discurs⁹ ē bon⁹. qa in celarēt. g° aliqua pmissarū ⁊ nō minor g° a°r q erat sophiᵃ

Ad sophisma respōdetur

ꝙ ipm est verū sicut pbauit prima rō Pro solutōe alteri⁹ rōis dr ꝙ sophiᵃ dēt resoluiᵉ. nᵐ animal est quod dum dormit vigilat. ⁊ secundū hoc dicitur dēm discursū non valere eo ꝙ plus p dicatur in minori ꝙ erat subiectū maioris Nā in minori predicatur hoc totū animal duꝫ dormit ⁊ non deberet predicari nisi li animal. ⁊ ideo dēt arguī. nullū animal dum dormit vigilat omnis homo est aial g° nullus homo dū dormit vigilat. ⁊ tunc sillogismus eēt in celarēt ⁊ premisse eēnt vere et silr g° . ppter hoc plus predicatur ī dōⁿ ꝙ subiciebatur ī maiori discursus iste nō valet. nullus obolus valꝫ denariū oīs florenus vꝫ obolū g° nullus florinus vꝫ denariū. vn de hic in maiori solum subiiciᵗ iste terminus obolus. qa maior resoluitur. nullus obolus est valens denariū. ⁊ in minori pdicaᵗ hoc totū valens obolū. Sed iste discursus bñ valet. nullus obolus valet denariū oīs floren⁹ est obolus g° nullus florenus valꝫ denariū. ſꝫ tūc dōr eēt falsa

Nunc in hac parte

ponēda sunt sophiᵗᵃ difficultatē hñtia rōe dicōnegatōeꝫ includētiū. sicut sunt dcōnes exclusiue. exceptiue ⁊ cetera. Et primo ponenda sunt sophismata circa dictiones exclusiuas. et deinde circa exceptiuas. et etiā de multis aliis. Et primo adhuc pmittenda sunt aliqua circa dictiones exclusiuas quibus premissis ponenda sunt sophismata

Quantuꝫ ad primū

sciendum est ꝙ iste dictiones dicuntur exclusiue. solum. tantuꝫ vnicus. ⁊c de aliis. ⁊ propositiones in quibus ponuntur dicuntur exclusiue. Secundo quā

tum ad istam dictionem solas est sciendum. quod aliquando dicitur teneri cathegorice et aliquando sincathegoreumatice. quando enim tenetur cathegoreumatice tunc denotat priuationem societatis sicut si diceretur solus sortes currit et significaretur per talem propositionem quod nullus curreret cum eo. Vel si diceretur solus sor^s comedit vel sor^s comedit solus. quia quando tenetur cathegoreuma^ce magis proprie debet poni a parte predicati. Sed quando tenetur sinca^ce tunc significat predicatum verificari de subiecto et remoueri de quolibet alio

Et est sciendum quod per istam sol^9 sortes currit significatur quod sortes currit et nichil aliud a sorte currit

Tercio est sciendum de ista dictione vnicus quod aliquando additur subiecto alicuius propositionis et tunc denotat exclusionem predicati solum ab illis que sunt eiusdem speciei cum subiecto et non ab aliis. Verbi gratia si dicatur quod vnicus sortes est in domo denotatur quod sortes sit in domo et nullus alius a sorte sit in domo. quamuis enim multa alia animalia sint in domo eadem. Similiter hec dictio vnicus denotat exclusionem multitudinis in illa specie. Verbi gratia posito quod multi homines currant hec est falsa vnicus homo currit. quia denotat ratione huius dictionis vnicus quod vnus homo currit et non plures. et per hoc ista dictio vnicus differt ab ista dictione vnus. quia ista dictio vnus non sic excludit multitudinem. Unde posito quod multi homines currant adhuc hec esset vera vnus homo currit. licet non sit ita de ista vnicus homo currit. Quarto est sciendum de ista dictione tantum et de ista dictione solum. que sunt dictiones exclusiue magis communes que aliquando addunt^r subiecto aliquando predicato et aliquando copule. Exemplum primi. vt tantum homo currit. Exemplum secundi. vt homo est tantum animal. Exemplum tercii. vt homo tantum est animal. Quinto sciendum est quod subiectum cui dicte dictiones possunt addi potest esse terminus communis. sicut dicendo tantum homo currit. Vel terminus discretus sicut dicendo tantum sortes curr^t et aliquando potest esse terminus singularis numeri. vt dicendo tantum homo currit. Vel pluralis numeri vt dicendo. tantum homines sunt risibiles. Vel potest esse nomen collectiuum. vt dicendo tantum exercitus est iocundus. et sic etiam potest distingui de predicato. Et aliquando potest esse rectus. vt dicendo tantum sortes c^t. et aliquando illud cui additur dictio exclusiua potest esse obliquus. vt dicendo tantum sortis est asinus. Aliquando autem compositum ex recto et obliquo. sicut dicendo tantum asinus sortis currit Et aliquando potest esse compositum ex rectis mediante aliqua coniunctione interposita. sicut dicendo. tantum materia et forma sunt compositum. Vel terminus potest addi termino distributiuo iam distributo. sicut dicendo tantum omnis homo currit. tantum nullus homo c^t Et aliquando negatione prepo sita: et aliquando negatione post posita. et aliquando termino absolu^to

sicut hic. tm̄ homo est. aliqñ tio
conotatio sicut hic. tm̄ albū est
Et aliqñ termio significāti rez
diuisibilē sicut dicēdo. tm̄ homo
est. et aliqñ termio significanti
rē indiuisibilē vt dicēdo. tm̄ aīa ē
Et aliqñ termio significāti rez
homogeneā vt. tm̄ aqua est. et
aliqñ termio significāti rē ethe
rogeneā vt dicēdo. tm̄ homo ē. ꝛ

His visis ponēde sūt

alique regule pro expōibus pro
positionū exclusiuarū que vale
būt nobis ad soluendū sophis^ta
circa dictōes exclusiuas. Pria
est si dictio exclusiua addatur sub
iecto tūc exponēda est per vnā
ppōez coplatiuā ꝯpositā ex vna
affirmatiua et alia negatiua cuz
hoc relatio diuersitatis aliud. ꝛ
ideo copulatiua dicit̄ exponēs il-
lius exclusiue. et vna earū seq̄-
tur ad aliā scz copulatiua ad ex-
clusiuā et ecōtra. verbi grā. tm̄
homo currit. exponit̄ sic. homo
currit et nichil aliud ab hoīe c^t.
Ex isto sequit̄ ꝙ quelz cathego
rica que est pars exponētis ex-
clusiue. sequitur ad exclusiuā p
pter hoc ꝙ quelz pars copulatiue
se^r ad illā copu^{ua}z cꝰ ē ps. q̄ co
pulatiua ꝯuertitur cū exclusiua.
Eodemᵒ exponeret̄ si subiectū
esset termiꝰ cōnotatiuꝰ. sicut di
cēdo tm̄ albū currit. exponitur
enī sic. albū currit ꝛ nichil aliud
ab albo currit. Idem etiā esset si
subiectū esset terꝰ collectiuꝰ. vt
si diceret̄ tm̄ populus currit ex
ponitur sic. populus currit ꝛ ni
chil aliud a populo c^t. Et idē eēt
si illud cui addit̄ dictio exclusiua
eēt obliquus vel aggregatū ex
recto et obliquo. sicut dicendo.
tm̄ sortis est asinꝰ. exponitur sic
sortis est asinꝰ ꝛ nullius alteriꝰ
a sorte est asinꝰ Similit̄ ista tm̄
sortis asinꝰ currit expo^r sic sort̄
asinꝰ c^t ꝛ nichil a^d a sort̄ asīo c^t
ita ꝙ manet obliquus similiter
situatus Et dicitur ꝯformiter
si sit pluralis numeri. sicut tm̄
duo hoīes currūt dz sic expōi. duo
hoīes currūt ꝛ nl̄ia a^q a duobꝰ
hoībus currūt. cū hoc tn̄ bn̄ stat
ꝙ aliq̄d aliud a duobꝰ hoībꝰ cur-
rat vt vnꝰ homo qui ē aliꝰ a du
obꝰ hoībus currit Cōsimilit̄ ē di
cēdū si sb^cz sit disiūctū l̄ coplatiū

Secūda regula. si dictio ex-
clusiua addat̄ p̄dicato denotāt
exclusionē cuiusl̄z altiꝰ p̄dicati
a sub^cto. sicut hic sor^s ē tm̄ aīal
vn̄ tali r̄ exponit̄ sic. sortes est
tm̄ aīal idest sortes ē aīal ꝛ sor^s
est nō aliud q̄ꝫ aīal ita ꝙ verbū
maēat affirmatū in vtraqz.

Circa istā regulā ē notādūꝙ
si p̄dicatū cui addit̄ dictio exclu
siua ē teriꝰ cōnotatiuꝰ ppō ī qua
ponit̄ pt̄ expōi dupl̄r. sicut dicē-
do sor^s est tm̄ albꝰ. pt̄ ei exponi
vnoᵒ sicut dictū est p exclusionē
cꝰscūqz altiꝰ p̄dicati a sub^cto Et
tūc sic exponit̄. sortes ē tm̄ albꝰ
idest sortes ē albꝰ ꝛ sor^s ē nichil
aliud q̄ꝫ albꝰ. 2^{oo} pt̄ sic exponi.
sortes ē tm̄ albus idest sor^s ē al-
bus. et sortes denotatur nō alio
accidēte et sic 2^m primā expōnē
hec eēt vera. sortes est tm̄ albus
non obstāte ꝙ sortes esset albus
et cū hoc eēt grāmaticꝰ logicꝰ ꝛ
rhethoricus. tn̄ in isto casu ipsa
esset f̄la 2^m scdam expositionē.

Tercia regula. quādo dictio
exclusiua additur vtriqz tā sub
iecto q̄ꝫ predicato tunc fienda ē
expositio quātum ad ly tantum

positū ex pte subiecti xm primaȝ regulā alio remanente integro verbi grā. tm̄ sortes est tm̄ aial dȝ sic exponi. sortes ē tm̄ aial et nichil aliud a sorte ē tm̄ aial. et tūc tali expositōe facta vlterius quelȝ cathe ca copulatie exponē tis exponēda ē p decimā regl'aȝ

Quarta regula est qn̄ dictio exclusia addit copl'e exponēdaē per vnā affirmatiuā i qua p̄di catū affirmat de sbctō. ꝛ p vnā negatiaȝ de c9 sbcto rēouet ꝯpo sitū ex dicto p̄dicato. et hoc r'lm diuersitatis alid verbi grā. sor' tm̄ est aial dȝ sic expōi. sortes est aial ꝛ sortes nō est alid ab aiali Sȝ est aduertēdū ꝙ si talis ꝓpō i qua addē dictio exclusia copl'e si de subcto cōi nō deūato aliq° signo vli tūc i exponēte negatia loco talis subcti dȝ poni relatim idētitatis. vbigrā hō tm̄ est aial dȝ sic expōi. hō est aial et ille nō est aliud ab aiali Siliter hō vidȝ tm̄ asinū. debet sic expōi hō vidȝ asinum et ille non vidȝ aliud ꝙ asinum seu aliud ab asino. Et ratio huius est. qꝛ si nō sic expo neretur sic scȝ ꝙ subiectū nega tiue esset relatiuuȝ identitatis et non terminus cōmunis. pos sibile esset in casu exponentē e veram et expositā esse falsā hoc declaro sic. Nam posito ꝙ nō sit nisi duo homines in mundo scȝ sortes et plato. et sortes videat asinū et cū hoc multa alia ani malia ꝛ plato nichil videat hec esset falsa. homo tm̄ vidȝ asinū qꝛ nec sortes tm̄ vidȝ asinū nec plato Sortes eī vidȝ alia ab asi no et plato nichil vidȝ. et tn̄ ābe erūt vere scȝ homo vidȝ asinū et et hō nō vidȝ aliud ab asio. pria enī est vera p sorte et scda etiaȝ pro platone Sȝ si dicatur homo vidȝ asinū et ille non videt ali ud ab asino tūc prima est vera. et scda falsa pro eodē. Ex isto sequit ꝙ multū differt dictionē exclusiuā ponere ad copulam ꝛ ponere ad predicatū. Pmo qꝛ qn̄ ponitur ad predicatū siue sub m sit teri9 cōis siue sigl'ar' sn̄ sig° vli non oportet sic loco subcti po nere relatiuū idētitat' sicut oȝ qn̄ dictio exclusia addē copl'e Scdo qn̄ dictio exclusia por. ad p̄dicatū hoc verbū ē māet affir matū in vtraqȝ exponētiū

Circa istā rglaȝ ē sciēdū ꝙ qn̄ dictio exclusia addē copl'eȝ pre dicatū ē teri9 cōnotatiu9 pot ex pōi dupl'ē. sicut etiā qn̄ dictio ex clusia addē p̄dicato expnti cōno tatio. vbigrā sor' tm̄ ē comedēs pot expōi sic. sor' est comedens et sortes non est aliud a comedē te. vel sic sortes est comedēs ꝛ nō denolatur alio accidente

Quinta regula est. si nega° precedat dictionem exclusiuam tūc illa ꝓpositio exponēda ē per vnam disiunctiuā. verbigrā. nō tm̄ sortes currit. expo' sic sortes nō currit vl' alius a sorte c' Ra° hui9 est qꝛ ista nō tm̄ sortes c' cō tradicit huic affirmatie tm̄ sor' currit. g° exponēs vni9 dȝ ꝯtra dicē exponēti alti9 Et cū expo nēs vni9 sit vna copl'atia expo nēs alteri9 debȝ eē vna disiūctia cōposita ex ptibȝ cōtradȝptibus copl'atie Ex isto se' ꝙ ista ꝯn̄a n valȝ. nō tm̄ sor' currit g° sor' c' sic' n' vȝ ꝯn̄ a diſua ad altā e9 pt̄e

Sexta regula est. ab exclu siua affirmatia in rectis ad vni uersalē de terminis trāspositis

est bona q̄ña. Uñ bñ sequit̄ tm̄ aial est hō g° oīs homo est aial. ista patet statī per expositionē exclusiue. Nā si aial est homo et nichil aliud ab aiali ē homo tūc homo est aial ꝛ null⁹ hō ē alius ab aiali p cōuersionē. ꝛ per q̄ñs oīs homo ē aial. et ideo ista oīs homo ē aial sequit̄ ad exponentes isti⁹. tm̄ aial ē homo tūc etiā sequit̄ ad ipsāmet. Etiā posset pbari ista q̄ña eo ꝙ ex oppo^{to} cōtradictorio cōseq̄ntꝭ īfert̄ oppo^{m} añtꝭ. Ex hoc se^{r} ꝙ iste sillogism⁹ nō valz. oīs homo ē substātia tm̄ aial ē homo g° tm̄ aial ē sub^{a}. qꝛ oīno equalz huic sillogismo qui nō valet. oīs homo ē substā^{a} oīs homo ē aial g° oīs sub^{a} est aial. Uñ mior et ōclu° h⁹ sillogismi sequūt̄ ad l morē ꝛ cōclusionē alterius sillogismi cōuertibilit̄. Sicut eni ad exclusiuā se^{r} vlis de terīs trāspositꝭ ita ecōtra. Et notant dixi in regula ab exclu^{ua} affir^{ua}. qꝛ nisi eēt affir^{ua} nō se^{r}. non eni se^{r}. tm̄ nō homo non est aial g° oē aial est nō homo. Nec etiā sequit̄. tm̄ nō homo non est aial g° oīe aial non est homo. Similiter notāter dixi in rectis qꝛ in obliquis nō sequit̄. non eni sequit̄ cuiuslz clerici est asin⁹. g° tm̄ asinus est clerici. Nec etiā sequit̄ tm̄ cui⁹ est asin⁹ est cleric⁹. Nā posito ꝙ quilz cleric⁹ habēt vnū asinū ꝛ cū hoc vnū bouem et cum hoc quilz laicus. añs eēt verū et consequēs falsum. Nec etiam sequit̄ ecōtra. tm̄ asinus est clerici. g° c⁹lz clerici est asin⁹ vel sic tm̄ cui⁹ est asin⁹ est cleric⁹ g° cuiuslz clerici ē asin⁹. vtrobiz añs potest esse verū et q̄ñs fl̄m. Et pono sic exēplū de duplici cōsequēte vel añ^{te} exclusiue secundū duplicē opinionē de obliquo. que est de ista dubitatione vtrū obliqu⁹ possit esse subiectū ꝓpōnis. ꝛc.

Septima regula. Qñ dictio exclusiua addit̄ termīo significāti totū integrale pōt exponi dupliciť. s. ꝓprie et īproprie. Verbigrā. tantū domus est alba exponit^{r} sic ꝓprie. domus est alba et nichil aliud a domo est albū: et scdm hoc dicta ꝓpō est impossibilis. Nā si domus ē alba tūc aliqua ps eius esset albā. sicut paries vel aliqua alia ps. et illa est alia a domo. Improprie aūt sic exponit^{r}. domus est alba et nichil aliud a domo qđ non est eius pars est albū. et in illo sensu talis est possibilis.

Octaua regula. Qñ dictio exclusiua addit^{r} termīo significanti nūerū: tūc potest exponi ꝓprie ꝛ improprie. Verbigrā. tātū tres hoīes sūt hic int⁹. ꝓprie exponit^{r} sic. tres hoīes sūt hic intus. ꝛ nulli alii a trib⁹ hoībz sūt hic intus. etiā sic exponēdo dctā ꝓpō est impossibilis. Si eni tres hoīes sūt hic int⁹: tūc duo hoīes sūt hic int⁹. sz duo hoīes sūt alii a tribz hoīb⁹ eo ꝙ duo hoīes sūt ꝛ nō sūt tres hoīes. Improprie autē expo^{r} sic. tm̄ tres hoīes sūt hic int⁹. idest tres hoīes sūt hic int⁹ ꝛ nō plēs. ꝛ h° est illud qđ solet dici qñ dictio exclusiua ponit̄ circa tminū significatē nūex pōt expōi grā alie^{te}. ꝛ tc expo^{r} ꝓprie vl grā plali^{te}: ꝛ tūc expo^{r} īꝓprie.

Nona rl'a. est qñ dictio exclusiua additur termīo cōmuni distributo habenti plura supposita. sicut dicendo tm̄ oīs homo ē

risibilis tūc illa propō potest ex poni proprie et improprie.proprie^r. tm̄ oīs homo ē risibilis.i.oīs hō est risibilis et nichil aliud ab omni homine est risibile.et^e predicta p pō est fl'a.supposito q̄ istius tūc nihō sit actu pl'a supposita Im pprie vo sic oīs hō ē risibil' et nichil a^d ab hoie ē risibile et^e pdcā ppō ē va

Sophisma xxxvi.

est istud.tantū sortes calefit.po sito casu q̄ sortes calefiat et ni chil aliud a sorte quod nō sit ps eius Tunc pbatur sophisma Sortes calefit et nichil aliud a sorte qd nō est pars eius cale fit ergo et cetera.

Impbatur sophisma

Sortes calefit g^o pars e^s cale fit:sed pars sortis est aliud a sor te:r^e non tantū sortes calefit

Ad sophisma respon

detur q̄ est impossibile.scdz q̄ ar guitur per 1^m ar^{tuz}. et hoc secun dū expōez ppriā.sed scdz e^s expō nē ipropriā est possibile et verum stante casu scdz q^d pbat primuz argumētū.Vlterius dico q̄ hec dictio tantuz nō pt addi tminis concretis fa^do cathegoricā possi bilē affirmatiuā cū hoc vbo est 2° adiacēte.concretis quidē quo rū abstracta significāt rē deria tā ab illo p quo supponit concre tū.Vñ hec nō ē possibilis tm̄ al bū est.nā se^r tm̄ albū ē g^o albedo ē.et per q^s a^d ab albo ē 1° dico q̄ non potest addi termino signifi canti totū integrale vel essenti ale faciendo cathegoricam affir matiuam possibilē cum hoc ver bo est secundo adiacēte. Vñ hec est impossibilis tm̄ domus ē.sill ter hec tm̄ hō est.nā se^r dom^s ē g^o paries ē et p q^s nō tm̄ domus est q: paries est aliud a domo . silr tm̄ hō est ergo aīa est.sed aīa est aliud ab hoie g^o nō tm̄ homo est

Tercio dico q̄ nō pt addi ter mino significāti rē diuisibilē sū pto cū pronoie demōstratiuo fa ciendo ppōem affirmatiuā possi bilē de h^o vbo est 1° adiacēte. nā ad quālz rē diuisibilē eē se^r medi etatē e^s esse que est aliud ab illa re.Vñ hec ē ipossibilis tātuz hec aqua est.tantū hec albedo ē.Nā si hec aqua est vel hec albedo ē: tunc medietates sūt que sūt a^c ab eis.g^o nō tm̄ hec aqua est nec tantuz hec albedo est Quar to dico q̄ non potest addi termi no relatiuo ad quez sequitur de presenti suum correlatium.Et ergo hec est impossibilis tantuz pater est.nam sequitur tantuz pater est ergo pater est.et vltra ergo alius a patre est.et vltra: ergo non tan tum pater est

Quinto dico q̄ non pōt ad di termino numerali vltra bia rium.Vnde hec non est possibil' tantum tria sunt.sequitur eniz tantum tria sunt ergo tria sunt et vltra ergo duo sūt.ergo alia a tribus sunt.ergo non tantum tria sunt Sexto dico q̄ nō po test addi termino collectiuo sēp intelligendo facere propōnē ex clusiuam affirmatiuam possibi lem de hoc verbo est secūdo adia cente.Vnde hec est impossibilis tantum populus est Veruntamē sic est q̄ in predictis potest addi faciendo propositionem de hoc verbo est tercio adiacente.Vn de hec est bene possibilis.tantuz

sortes est grammaticus. similiter ista tantum domus ē dom⁹ tantū homo est homo. tantū pater est pater. tantū ꝛa sunt tria tm̄ pplus est popul⁹. Pro quo notandū est pro regula. ꝙ qn̄ p̄dicatū alic⁹ ꝓpōis exclusiue a^{ue} conuenit tmino significanti p̄tez de qua non est v̄ificabile subiectū illi⁹ propōis vel accidenti connotato p subiectū tūc illa ꝓpō est impossibilis. verbi gratia. tantū hō mouetur. hoc predicatum mouens nō est v̄ificabile solū de hoīe. verū est etiā de pte vel accidente hominis. Et g° hec non est possibilis tantuz hō mouetur. nec etiam ista tantuz albū mouet. Et notant dixi significanti partem de qua subiectū nō est verificabile etc. nam qn̄ p̄dicatū conuenit tali parti propō exclusia pt esse possibilis. sicut ista tm̄ aqua est huida. Nā lꝫ humidū conuenit aque et pti eius de qua est verificabile hoc nomen aqua. Sed quādo p̄dicatū est tale ꝙ nō est v̄ificabile de pte subiecti nec etiā de accidēte eius tūc ꝓpō affirmatiua exclusiua c^{u}est illud p̄dicatū vñ̄ ē possibilis. vt dicendo tm̄ hō c^{t} vl' d^{r}do tm̄ hō est grāmatic⁹. vñ̄ lꝫ currē attribuim⁹ hoī et^{n} pti ip̄i⁹ hoīs et silr̄ eē grāmaticū attribuim⁹ hoī et nō pti eius.

Sophisma. xxxvii.

est istud. tantum vnū est.

Probatur sophisma.

vnū ē et nichil aliud ab vno ē g° tm̄ v^{m} ē 1°c. oē ens ē v^{m} ens g° etc. 3° sic. oē ens est v^{m} ens ergo tm̄ v^{m} ē oē est ens. et p 2^{m} tātū vnū est. a^{s} pꝫ. q: nō est aliq^{d} ens qui ipꝫ sit vnū ens. 9^{a} tꝫ ab vniuersali ad exclusiuā suā de tminis trāspositis de quo dicebat i septa regula. Quarto. tātuz ens est g° tm̄ vnū est. 9^{a} tꝫ quia ens et vnū cōuertunt.

In oppoitū arguitur.

Plura sūt g° nō tm̄ vnum est. 1° sic. Nā aristoteles i p°o phisicoꝝ disputat cōtra pmenidem et melissū q̄ posuerūt tātū vnuz esse ens

Ad sophisma repōdetur

ꝙ secundū eius sensū ꝓpriū est verꝫ scdm ꝙ pbāt tres prime rōes. Sed exponēdo sophi^{a} i proprie sic tm̄ vnum est. i. vnū est et non plura sūt: sophi^{a} est falsum mō pmenides et melissus concesserūt tm̄ vnū esse ens ad istū sensū: ꝙ vnū esset ens et nō plura essent entia. ad istū sensū improbat phūs primo phisicoꝝ.

Sophisma. xxxviii

est istud. tm̄ vnus hō ē hō Probat. vn⁹ hō est hō et nichil aliud ab vno hoīe ē hō g° ꝛc. Improbat. nā se^{r} p̄septā regulā tm̄ vn⁹ hō est hō g° oīs hō est vn⁹ homo sed hō: est flꝫ quia mulier est hō et non est vnus homo licet sit vna homo

Ad sophisma respondetur

ꝙ ip̄⁹ est flꝫ. Et qn̄ d^{r} vn⁹ hō ē hō. cōcedo. et cū vlteri⁹ d^{r} nichil a°ab vno hoīe ē hō. nega^{r}. q: mulierē aliud ab v°ho^{e} lꝫ n̄ s^{t} a^{d} ab v^{a} h^{e} et tn̄ ē hō. Sꝫ diceres. probatur ꝙ vtiqꝫ mulier sit vn⁹ homo. q: oīs homo est vnus homo

probatur quia contradictorium eius est falsum scz aliquis homo non est unus homo 2° quia hec est vera quilz homo est unus homo postquam hoc sincathegorema quilz masculini generis distribuit istum terminum homo pro masculis solum. Respondetur negando istam omnis homo est unus homo propter mulierem que non est unus homo. Et quando dicitur eius contradictoria est falsa. s. aliquis homo non est unus homo. Ad hoc respondetur negando quod sit eius contradictoria. quia in ista aliquis homo non est unus homo iste terminus homo substantiuus restringitur ad masculinum genus ratione sui adiectiui quod est aliquis. cum adiectiuum et substantiuum debeant conuenire in genere. et per consequens supponit pro masculis solum et non pro feminis. et per consequens dicte propositiones non contradicunt. Sed dices quod est ergo contradictoria. Dico quod ista. aliquis homo vel aliqua homo non est unus homo et illa est vera. Ad aliam quando dicitur quilz homo est unus homo etc. negatur consequentia quia in prima li homo distribuitur solum pro masculis ratione istius sincathegorematis quilz quod est masculini generis. in consequente autem li homo distribuitur tam pro masculis quam pro feminis

Sophisma .xxxix.

est istud. tantum animal est homo

Probatur sophisma

animal est homo et nichil aliud ab animali est homo ergo etc

Improbatur sophisma

Tantum animal est homo ergo tantum animal differt a non homine. quia homo et differens a non homine idem sunt. Et ultra tantum animal differt a non homine ergo tantum animal differt ab asino cum asinus sit non homo consequentia est falsa. 2°. Si tantum animal sit homo ergo tantum animal esse hominem est verum si formetur. et sic. tunc dicitur esse non est verum. cum dicitur esse sit aliud ab eo quod est animal esse hominem

Ad sophisma respondetur

quod ipsum est verum. Ad improbationem dicitur quod ista consequentia non valet tantum animal differt a non homine ergo tantum animal differt ab asino Sed diceres. probo quod utraque sit bona consequentia quia fit per sextam regulam. tantum animal differt a non homine ergo omne differens a non homine est animal et ultra. omne differens a non homine est animal ergo omne differens ab asino est animal ergo tantum animal differt ab asino ergo sequitur a primo ad ultimum: tantum animal differt a non homine ergo tantum animal differt ab asino Hic dicitur quod non sequitur omne differens a non homine est animal ergo omne differens ab asino est animal sed est fallacia consequentis arguendo ab inferiori ad superius cum distributione. Nam differens a non homine est inferius quam sit differens ab asino Ad aliam improbationem videbitur in uno alio sophismate consimili huic propositioni. tantum animal esse hominem est verum

Sophisma .xl.

est istud. Tantum sortes scit septem artes liberales. posito casu quod sciat septem artes liberales et plato de septem sciat tres solum et cicero quattuor solum et quod non sit nisi isti tres homines in toto mundo Tunc

Probatur sophisma

sortes scit septem artes libera-

tes et null⁹ ali⁹ a sorte scit septē artes liberales. g° tm̄ sor^s scit septē artes liberales.

Improbatur sophisma

Alii a sorte sciūt septē artes liberales. g° nō tm̄ sor^s scit septē artes liberales Añs pbat̄ qr cicero ꝛ plō sciūt septē artes liberales ut pꝫ per casū. sꝫ sortes et plō sūt alii a sorte g° alii a sorte sciūt septē artes liberales.

Respōdetur ad sophisma

ꝙ ipsū est verū. Ad īprobationē negat̄ ꝯñā. eo ꝙ ista tm̄ sor^s scit septē ꝛc. debꝫ sic exp̄ōi sortes et non ali⁹ a sorte. et non sic sor^s et nō alii a sorte. eo ꝙ a sin^ri numero nō debꝫ fieri exclusio nisi scḋm nūerū singlarē. Mō q̄uis plō et cicero sit alii a sorte nō tm̄ sunt aliud. Sed diceres ꝙ utiqꝫ bene sequat̄ alii a sorte. g° non tm̄ sortes Nā bene sequitur. alii a sorte currūt. g° non tantū sortes currit Respōdetur ꝙ hoc est solū ratione predicati seu ratōe materie et nō rōne forme talis ꝓpositionis Vñ si currere est talis nature ꝙ non potest cōuenire pluribꝰ nisi cōuēiat cuilibꝫ illorum et ratione illius īpossibile est ꝙ alii a sorte currāt quin ali⁹ a sorte currat: et ideo qr sequit^r alius a sorte currit g° nō tm̄ sortes currit. et etiā bñ seqtur alii a sorte currūt. ergo non tm̄ sortes currit. sꝫ qr scire septē artes liberales pot cōuenire pluribꝰ sil' absqꝫ hoc ꝙ cōueniat cuilꝫ illoꝝ diuisi nō sequit̄. alii a sorte sciūt septē artes liberales g° alius a sorte scit septē artes ꝛ ꝑ ꝯ^s nō se^t alii a sorte sciūt septē artes. g° nō tm̄ sortes scit septē artes.

Similiter pbaret et īpbaret hoc sophi^a. solus sor^s fert lapidē posito ꝙ ferat unū lapidē ꝛ plō et cicero ferāt unū aliū lapidē sil'. et nullus eoꝝ ferat lapidem et nō sint nisi illi tres homines in toto mūdo.

Sophisma .xli

Est istud. Tm̄ alter istoꝝ currit posito ꝙ sortes et plō currant ꝛ nulla alia. ꝛ in sophi^te ꝑ ly istoꝝ demōstret̄ sortes et plato

Probatur sophisma.

Alter istorū currit et nichil aliud ab altero istoꝝ currit. g° tm̄ alter istorū currit

Improbatur sophisma

tm̄ alter istoꝝ currit· g° reliqu⁹ nō currit. qḋ est cōtra casū. 2° c uterqꝫ istoꝝ currit g° non tātuꝫ alter istorum currit.

Ad sophisma respōdetur

ꝙ si hec dictio alter capiatur ꝑ signo ꝑticlari sophi^a ē verū sicut pbat pria ratio. Si vo ly alter capiat̄ ꝑ dictiōe significāte nūerū vel pricipiū numeri sic 2^m usū ꝓpriū put scꝫ excludit^r mltitudo a^or uno sophi^a est fl'm Nā tūc est sens⁹. ꝙ un⁹ istoꝝ currat et nō ābo. ꝛ hoc arguūt alie due rationes ultime

Sophisma xlii

Est istō Tm̄ sor^s videt se. posito cāu ꝙ qꝫ hō videat se ꝛ n^m aliū

Probatur sophisma

Hoc rl'm se qḋ est rl'm identitatꝭ refert̄ ad hūc teri^m sor^s cū d^r tm̄

sor^s vid3 se.g^o idē ē dicē tm̄ sor^s vid3 se et tm̄ sor^s vid3 sortē. s3 h^c ē v̄a tm̄ sor^s vid3 sortē p casū.q2 sor^s vid3 sortē ⁊ null^9 ali^9 a sorte vid3 sortē.g^o etiā h^c ē v̄a tm̄ sor^s vid3 sortem

Imp̄batur sophisma

Ali^9 a sorte vid3 se g^o nō tm̄ sortes vid3 se.9^a t3 aūs p̄bat̄ ex cāu

Ad sophisma respon

det̄ q̄ ip̄3 ē v̄ū sic^t p̄bat p̄ia ra^o

Ad iprobationē negat̄ 9ña eo q̄ sp se i aūte ⁊ 9ūte nō refert idē q̄ tū oportet si deberet valē 9ña. bñ tñ seq̄tur alius a sorte videt sortē. g^o nō tm̄ sortes vid3 se idest sortes videt se et nullus alius a sorte vid3 sortē. S3 ali^9 pt poni cāus sc3 q̄ sortes videat se et cū hoc multi alii homines videāt sortē et non videāt se. in isto cāu sophi^a eēt fl̄m. sc3 tm̄ sortes videt se. sicut hec tm̄ sor^s videt sortē Et si arguat̄ sor^s vid3 se.et null^9 ali^9 a sorte videt se.g^o tm̄ sortes vid3 se. negat̄ 9ña. eo q̄ sp se non idē refert in aūte et 9ūte. s3 ista 9ña bñ valeret sor^s videt se ⁊ nullus ali^9 a sorte vid3 sortē g^o tm̄ sortes videt se. s3 tūc alia expone^m eēt fl̄a i^o cāu p^o^o

Sophisma. xliii.

Est istud. Tm̄ verum opponit^r f̄lo. Probat̄.v̄ū opponit̄ f̄lo ⁊ nichil a^d a v̄o oppo^i f̄lo. g^o ⁊c.

Improbat^r sophisma

Tm̄ verū opponit̄ f̄lo. g^o tm̄ verū et fl̄m sūt opposita. 9ña ten3 q2 bonū et malū sunt opposita similiter calidum et frigidum ⁊ humidum et siccum.

Ad sophisma respō

detur q̄ ipsum est falsum. Et q̄ dp dicitur verum opponitur falso:concedit. et nichil alius a vero opponitur falso hoc negatur quia nō solum verū opponitur falso. sed etiam falsum opponit̄ falso.eo q̄ nich/l p̄hibet duo cōtraria simul esse falsa.sicut ista oīs homo currit nullus hō c^rrit

Sophisma.xliiii.

